This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

**Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

**About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



600041806P

32.

666.

DE

# EUPOLIDIS

# ΔΗΜΟΙΣ

AC

# ΠΟΛΕΣΙΝ

SCRIPSIT

GUST. CAROL. HENR. RASPE.

COMMENTATIO

DE SENTENTIA DECANORUM

ACADEMIAE ROSTOCHIENSIS

MAXIME SPECTABILIUM

A. D. X. DECEMBRIS A. MDCCCXXXI.

PRAEMIO ORNATA.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

PROSTAT LIPSIAE,

APUD AUGUSTUM LEHNHOLDUM.

MDCCCXXXII.

666.

*Καὶ μὴν μὰ τὸν Δί' οὐχὶ νυστάζειν γ' ἔτι*
*ὥρα 'στὶν ἡμῖν οὐδὲ μελλοπαιδίαν,*
*ἀλλ' ὡς τάχιστα δεῖ τι δρᾶν.*

*Aristophanes.*

VIRO CLARISSIMO

EIDEMQUE PRAECEPTORI DILECTISSIMO

# FRANC. VOLC. FRITZSCHIO

S. D. P.

GUSTAVUS CAROLUS HENRICUS RASPE.

---

Quod mihi erat exoptandum, ut Te publice salutando, Vir Clarissime, quam grato animo singularium recorder beneficiorum, quibus me obstrinxisti, comprobare possem: id tandem aliquando nunc consequutus sum. Quamquam, ut optata eventum haberent, Tua potius effectum est humanitate, quam eruditione mea. Ex quo enim tempore Tuis mihi licuit interesse lectionibus et publicis et iis, quibus Seminarii sociis subtiliter et copiose illustras, quae obscura sunt et involuta in monumentis antiquorum temporum, gravius indies ardentiusque sitientem me eas artes, quibus ad humanitatem informamur, Tu non solum benevolentia Tua dignum existimasti, et pro Tua in literis copia ubertateque La-

tuis non minus quam Gradivis disciplinis familiaris, sermone instituisti atque exposuisti, quid sibi velit omnis antiquitas; sed etiam, ut primum ad legendum me animum adjecisse cognoveras, Tuam quasi manum ratio legenda esset illa, qui interitum omnium eruditorum fragmenta emendare, illustrare et hac quidque loco idque nere vellent, docuisti; Tu doctrinae praesidiis destitutum adjuvisti; Tu erantem correxisti; Tu quae principium retardarent, difficultates removisti; Tu denique defatigatum jam et desperantem de prospero laboris successu ad acrius investigandum efficacissime ea cohortatus, hoc perfeci libellum, quem Tibi consecrare neqeaquam dubito. Quamvis enim iste libellus neque ingenio tuo neque doctrina dignus videatur, quam in mihi quidem ipse ubique satisfecerim, non tamen ignoro, magnam esse et Tuam in me indulgentiam et erroris excusationem. Nam quum arduum opus suscipiat, qui in Aristophanis, quo unice delector, reliquiis versetur restituendis, tam haud sane in majoribus etiam conflictetur impedimentis, qui Eupolidis, quae perierunt, fabulas quasi in vitam revocare coneturi. Illi extitit optimus interpres ipse Aristophanes, cujus propriam indolem satis ex iis fabulis, quae extantem tulerunt, integras,

cognitum habemus, quibus nihil fere lucem affert, nisi pauca quaedam fragmenta, eaque hinc inde minime ad intelligentiam aperta. Opus praeterea aggressus sum insuper minus, quam vellem, virorum doctorum cura expeditum. Meinekii quidem, viri summo ingenio et eruditione conspicui, diligentia, quam Eupolidi impendit, satis digne laudari nequit; et Runkelio haec certe laus impertienda est, quod Eupolidis fragmenta, non nihil tantum modo neglecta, collegit; sed tamen illo vix in tanta copia eorum, quae explanari debebant, ut singulis poetae fabulis uberius disputare non ausus sit, neque potuit. Runkelius autem intelligendis colligendisque reliquiis, quo in genere imprimis mihi elaborandum videbatur, (nam quid prodest collegisse atque eleo emendasse fragmenta, nisi uti iis liceat?) nullam vel certe perexiguam utilitatem attulit, si ea, quae Meinekio debentur, exceperis. Quid vero dicam de iis viris doctis, qui maxime in emendandis reliquiis studium et operam collocaverunt? Quorum sagacitate saepe fragmenta a librariorum vitiis saepe vindicata sunt, tamen optimi semel intellexi, quam vere Tu illud dixeris in Commentat. de Aristophanis Daetalensibus pag. 82. sqq. 84: *Viri doctissimi, quorum in fragmentis*

*emendandis opera versata est, ut per gravissimos errores laberentur saepe eo commiserunt, quod totius dramatis rationem nexumque ignorarent.* Itaque satis operosus erat mihi, ut juveni, et lubricus labor. Quo labore si aliquid saltem me profuisse poetae ingeniosissimo Tu judicaveris, non profecto est, cur assiduae me poeniteat contentionis; sin minus, Te memorem fore illius Ovidiani *Ut desint vires tamen est laudanda voluntas*, confido audax. Sic vale, Vir Clarissime, Tuaque benevolentia perge eum ornare, qui nihil magis expetendum putat, quam ut Tuis officiis Tuisque studiis paria aliquando queat referre. Etiam atque etiam vale.

---

νος. Ἐδιδάχθη δὲ τὸ δρᾶμα ἐπὶ ἄρχοντος Καλλίου ἐν ἄστει. Λείπει πολλά.

---

## Fragmenta I—XXVI.

### ΜΥΡΩΝΙΔΗΣ, ΣΟΛΩΝ, ΜΙΛΤΙΑΔΗΣ, ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ, ΠΕΡΙΚΛΗΣ, ΧΟΡΟΣ.

— — — — — — — —

ΜΥΡΩΝΙΔΗΣ.

1 — — — — — — — Τοιγαροῦν
Οὐδεὶς στρατηγὸς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου
Δύναιτ' ἂν, ὥσπερ μειαγωγὸς ἐστιῶν
Τῆς τοῦδε νίκης πλείον' ἑλκύσαι σταθμόν.

ΜΙΛΤΙΑΔΗΣ.

— — — — — — — — —
5 Οὐ γὰρ, μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην
Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγύνεῖ κέαρ.
— — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — —

ΜΥΡΩΝΙΔΗΣ.

Κράτιστος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν.
Ὁπότε παρέλθοι, ὥσπερ ἀγαθοὶ δρομῆς
Ἐκ δέκα ποδῶν ᾖρει λέγων τοὺς ῥήτορας·
10 Ταχὺς λέγειν μὲν, πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν.
Οὕτως ἐκήλει καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

ΧΟΡΟΣ.

Ὅ τι περ κεφάλαιον τῶν κάτωθεν ἤγαγες!

ΠΕΡΙΚΛΗΣ.

Ὁ νόθος δέ μοι ζῇ; 15

ΜΥΡΩΝΙΔΗΣ.

Καὶ πάλαι γ' ἂν ἦν ἀνήρ,
Εἰ μὴ τὸ τῆς πόρνης ὑπωῤῥώδει κακόν.

— — — — — — — — — — — —

ΠΕΡΙΚΛΗΣ.

Οὐ δεινὸν οὖν, κριοὺς ἐμ' ἐκγεννᾶν τέκνα
Ὄρνεις δ' ὁμοίους τοὺς νεοττοὺς τῷ πατρί;

— — — — — — — — — — — —

Ἴσως ΜΥΡΩΝΙΔΗΣ.

Ἱπποκράτους δὲ παῖδες ἐμβόλιμοί τινες
Βληχητὰ τέκνα, κοὐδαμῶς τοῦ σοῦ τρόπου. 20

---

ΕΙΔΩΛΑ. Ἴσως ΜΥΡΩΝΙΔΗΣ. Ἴσως ΧΟΡΟΣ.
ΠΡΟΣΩΠΑ ΑΔΗΛΑ.

---

ΠΡΟΣΩΠΟΝ ΑΔΗΛΟΝ.

— — — — — — — — — — —

Τί κέκραγας, ὥσπερ Βουζύγης ἀδικούμενος;

— — — — — — — — — —

Ἴσως ΜΥΡΩΝΙΔΗΣ

[Φλυαρία πάντ' ἐστὶ πρὸς τὸν Περικλέα·]
Ῥήτωρ γάρ ἐστι νῦν τις, ὧν γ' ἐστὶν λέγειν;
Ὁ Βουζύγης ἄριστος, ἁλιτήριος.

— — — — — — — — — — —

Ἴσως ΧΟΡΟΣ.

— — — — — — — — — — —

Οἷόν γε πού 'στι γλῶσσα κἀνθρώπου λόγος! 25
Ὁ μὲν γὰρ οὖν λέγων φεύγωμεν ἀναπτεροῖ
Ὁ δ' αὖ λέγων μίμνωμεν ἀναπείθει [θαμά].

ΠΡΟΣΩΠΟΝ ΑΔΗΛΟΝ.

— — — — — — — — — — —

Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.

— — — — — — — — — —

---

ΕΙΔΩΛΑ, ΜΥΡΩΝΙΔΗΣ, ΛΑΙΣΠΟΔΙΑΣ, ΔΑΜΑΣΙΑΣ, ΧΟΡΟΣ, ΠΡΟΣΩΠΑ ΑΔΗΛΑ.

---

— — — — — — —

Ἅπασα γὰρ ποθοῦμεν ἡ κλεινὴ πόλις.

— — — — — — — — — —

30 Ἀναβλυστονῆσαι καὶ χλοῆσαι τὴν πόλιν.

— — — — — — — — — — —

ΕΙΔΩΛΟΝ, ἴσως ΠΕΡΙΚΛΗΣ.

Λέγ' ὅτου 'πιθυμεῖς, κοὐδὲν ἀτυχήσεις ἐμοῦ.

— — — — — — — — —

ΧΟΡΟΣ Η ΜΥΡΩΝΙΔΗΣ.

— — — — — — — — — —

Καὶ τοῦ μὲν ἐν κύκλῳ γε παύσομαι λόγου
Φράσω δέ σοι τὸ πρᾶγμα διὰ τῶν χωρίων.

— — — — — — — — — — —

ΧΟΡΟΣ Η ΜΥΡΩΝΙΔΗΣ.

— — — — — — — — — — —

Κἂν τις τύχῃ πρῶτος δραμὼν, εἴληφε χειρόνιπτρον·
35 Ἀνὴρ δ' ὅταν τις ἀγαθὸς ᾖ καὶ χρήσιμος πολίτης
Νικᾷ τε πάντας χρηστὸς ὢν, οὐκ ἔστι χειρόνιπτρον.

— — — — — — — — — —

ΧΟΡΟΣ.

— — — — — — — — — — —

Ὃν χρὴν ἔν τε ταῖς τριόδοις κἀν τοῖς ὀξυθυμίοις
Προστρόπαιον τῆς πόλεως καίεσθαι τετριγότα.

— — — — — — — — — — —

ΠΡΟΣΩΠΟΝ ΑΔΗΛΟΝ.

— — — — — — — — — —

Ταδὶ δὲ τὰ δένδρα Λαισποδίας καὶ Δαμασίας
Ἀνταῖσι ταῖς κνήμαισι ἀκολουθοῦσί μοι. 40

ΧΟΡΟΣ.

Καὶ μηκέτ', ὦ 'ναξ Μιλτίαδες καὶ Περίκλεες
Ἐάσατ' ἄρχειν μειράκια κινούμενα
Ἐν τοῖς σφυροῖς ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν.
— — — — — — — — — —

ΕΙΛΩΛΟΝ.

— — — — — — — — — —
— — — — — — Καὶ λέγουσί γε
Τὰ μειράκια προιστάμενα τοῖς ἀνδράσιν. 45
— — — — — — — — — —
— — — — — — — — — —
— — — — — —

Ἴσως ΠΕΡΙΚΛΗΣ.

— — — — —
Μὴ παιδὶ τὰ κοινά. — — —
— — — — —

ΠΕΡΙΚΛΗΣ.

Καὶ μὴν ἐγὼ πολλῶν παρόντων οὐκ ἔχω τί λέξω·
Οὕτω σφόδρ' ἀλγῶ τὴν πολιτείαν ὁρῶν παρ' ἡμῖν·
Ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω τέως ᾠκοῦμεν οἱ γέροντες,
Ἀλλ' ἦσαν ἡμῖν τῇ πόλει πρῶτον μὲν οἱ στρατηγοὶ 50
Ἐκ τῶν μεγίστων οἰκιῶν, πλούτῳ γένει τε πρῶτοι
Οἷς ὥσπερεὶ θεοῖσιν ηὐχόμεσθα· καὶ γὰρ ἦσαν.
Ὥστ' ἀσφαλῶς ἐπράττομεν, νυνὶ δ', ὅποι τύχοιμεν
Στρατευόμεσθ' αἱρούμενοι καθάρματα στρατηγούς:
— — — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — —

ΙΕΡΕΥΣ ΤΙΣ. ΠΡΟΣΩΠΑ ΑΔΗΛΑ.

— — — — — — — — —

ΙΕΡΕΥΣ.

55 Τῷ δ' ἂν οἶνος εἴη πολὺς πίσει.

— — — — — — — — —

ΠΡΟΣΩΠΟΝ ΑΔΗΛΟΝ, ἴσως ΕΙΔΩΛΟΝ.

— — — — — — Τὸ χαλκίον
Θέρμαινέ θ' ἡμῖν καὶ θύη πέττειν τινὰ
Κέλευ', ἵνα σπλάγχνοισι συγγενώμεθα.

— — — — — — — — —

ΠΡΟΣΩΠΟΝ ΑΔΗΛΟΝ.

— — — — — — — — — —
— — — ἀριστητικός — — —

ΕΙΔΩΛΑ. ΧΟΡΟΣ. — — —

— — — — — — — —

ΧΟΡΟΣ.

60 Ἀναθῶμεν νῦν χἠμεῖς τούτοις ταςδὶ τὰς εἰρεσιώνας
Καὶ προσαγήλωμεν ἐπελθόντες. Χαίρετε πάντες.

ΕΙΔΩΛΑ.

Δεχόμεσθα.

Quam Pericles instituerat reipublicae disciplinam, eam firmae Atheniensium saluti minus fuisse accommodatam, quam praeclaro ejus ingenio et temporis necessitati, summa rerum perturbatio, quae mox insequuta est, funesta partium contentio, denique tristissimus belli Peloponnesiaci exitus dilucide commonstraverunt. Quamdiu gubernacula civitatis tenuit vir ille integritate probatus, imperatoria laude non inferior summis, quos Graecia tulerat, ducibus, rerum civilium cognitione eruditior omnibus atque perfecta eloquentia non modo suis civibus, verum etiam omnium saeculorum posteritati comprobatus: debuerunt profecto ad fastigium gloriae auctoritatisque pervenire Athenienses, tantasque sibi comparare opes, quantas nulla Graeciae civitas unquam assequuta est. Sed simulatque everso firmissimo isto columine labare coeperunt opes Athenarum; non extitit amplius, qui plebem adstringeret voluntariae obtemperationi, sapienter coerceret summam universi populi levitatem eorumque motus gravi oratione comprimeret, qui sua potius sectabantur commoda, quam salutem patriae; Demagogi, nihil sibi cedentes invidia, ingenio, auctoritate, obcaecatum et maxime inconstantem populum in diversas partes traxerunt; nequissimus quisque, dummodo studiis obtemperaretur plebis, ad rempublicam accessit: quin etiam homines barbari, nulla neque virtutis neque ingenii laude in-

signes, Cleones dico, Hyperbolos, Cleophontes et qui praeterea famosi sunt, vi perniciosa tantum valuerunt, quantum satis erat ad summas Atheniensium opes funditus evertendas. Haec erat iniqua reipublicae conditio, quum Eupolis, vir non minus ingenio conspicuus quam amore patriae ardentissimo, pro virili parte perniciem a patria depellere conaretur. Scripsit autem fabulam *Δήμους* quoque, de qua nunc, hac scribendi occasione oblata, meam qualemcunque sententiam cum viris doctis communicabo. Priusquam vero singula, quae aetatem tulerunt, fragmenta emendem illustremque, et quo nexu inter se cohaereant, ostendam: pauca juvat praemisisse, quae ab hac causa minime videntur esse aliena.

Ac primum quidem, quod attinet ad consilium fabulae, dicendum erit, *id egisse Eupolin, ut cives suos ad meliorem tandem aliquando reipublicae administrandae rationem exhortaretur.* Quod quo impensius faceret quumque intelligeret priscos homines plus habere auctoritatis, excitavit ex inferis Solonem, Miltiadem, Aristidem et Periclem, atque per eos vituperavit rempublicam, et, quo modo melius ejus forma constituenda esset, docuit. [1]) Id quum ex reliquiis manifesto appareat, tum ad liquidum confessumque perducitur Aristidis loco Oratt. Platon. III, II, p. 374. ed. Cant.: — *τῶν κωμικῶν τις ἐποίησε τέτταρας τῶν προστατῶν ἀνεστῶτας, ἐν οἷς δύο τούτων* (i. e. Miltiades et Pericles) *ἔνεισιν.* Idem p. 433.: — *οὐδεὶς ἦν, ὅστις οὐκ ἂν εὔξατο ἀναστῆναι* (Periclem), *ὥστε κἀν τοῖς δράμασιν ὡς ἀνεστῶτα ὁρῶντες εὐφραίνοντο.* Confirmat rem Platonius de Comoed. pag. 27.: *Καὶ ἥνπερ ἐν τῇ παραβάσει φαντασίαν κινοῦσιν οἱ λοιποὶ,*

ταύτην ἐκεῖνος (scl. ὁ Εὔπολις) ἐν τοῖς δράμασιν, ἀναγαγεῖν ἱκανὸς ὢν ἐξ Ἅιδου νομοθετῶν πρόσωπα, καὶ δι' αὐτῶν εἰσηγούμενος ἢ περὶ θέσεως νόμων ἢ καταλύσεως. Extat praeterea locus memoratu dignus apud Aphthonium, ubi de εἰδωλοποιΐα loquutus haecce addidit; εἰδωλοποιΐα ἡ πρόσωπον μὲν ἔχουσα γνώριμον, τεθνεὸς δὲ καὶ τοῦ λέγειν παυσάμενον, ὡς ἐν Δήμοις Εὔπολις ἔπλασε. [2]) Neque omitto Valerium Maximum VII, II, 7.: Aristophanis quoque altioris est prudentiae praeceptum, qui in Comoedia introduxit remissum ab inferis *Periclem vaticinantem*, non oportere in urbe nutriri leonem; sin autem sit alitus, obsequi ei convenire. Erravit [3]) Valerius; istos enim versus

> οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν·
> ἢν δ' ἐκτρέφῃ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν

non Pericles sed Aeschylus pronuntiavit in Ranis: nisi forte ex voce *vaticinantem*, quae vix in oratorem, egregie in poetam tragicum quadrat, conjicere licet, Valerium aut scripsisse aut voluisse scribere *Aeschylum*. —

Tota autem fabula quinque potissimum partibus contineri videtur, quarum prima versatur in excitandis summis Atheniensium ducibus (fragm. I — VII.) altera in vituperanda concionum licentia (VIII—XI.); tertia eaque longe gravissima in exagitanda reipublicae conditione (XII—XXII.); quarta in sacris faciundis (XXIII —XXV.); in quinta denique duces redeunt ad inferos (XXVI.). —

Investigandum jam est, *quonam tempore fabulam docuerit Eupolis.* Rem neque veterum quisquam

memoriae prodidit, et vereor, ne, qui viri docti conjiciendo assequi conati sunt, quod certis demonstrari non potest argumentis, id, quod voluerunt, assequuti non sint. Meinekius enim Quaest. Scen. I. p. 48 fabulae assignat quartum Olympiadis XCI. annum, propterea quod Demostratus (, quem in *Δήμοις* perstrinxit Eupolis,) maxime commendaverit expeditionem Siculam; eamque suspicionem etiam Laespodiae commemoratione confirmari arbitratur, quem Ol. XCI, 3. imperatorio munere functum esse e Thucyd. VII, 105. intelligi. At priore isto argumento nihil efficitur; altero id tantum modo docuit Meinekius, non potuisse *Δήμους* produci in scenam ante Ol. XCI. annum tertium. Neque illud flocci faciendum, quod Runkelius monuit p. 113., Ol. XCI, 4. archontem fuisse Cleocritum, quem in hac fabula sive laudatum sive irrisum fuisse opinatur. Archontem non licebat *κωμῳδεῖν*. Neque magis probanda videtur Suevernii sententia, qui fabulam rejicit in Ol. LXXXIX, 4. vel XC, 1., in quem errorem, quem satis spero refutari Laespodiae commemoratione, propterea incidit, quod trimetrum *ἐν τοῖς σφυροῖς ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν* referri vult ad Alcibiadem, cujus ne vestigium quidem in *Δήμοις* extat. Meierus in Ephem. Lit. Hal. anni 1827 p. 142. fabulam actam esse censet Ol. XCII, 3., propter versum, quem e *Δήμοις* attulit Athen. VII, 316, C. *ἀνὴρ πολίτης, πουλύπους ἐς τοὺς τρόπους*, quo Theramenes *κόθορνος* iste, perstringatur. At eorum ingens erat numerus apud Athenienses, in quos ille versus caderet: siquidem verbis *πουλύπους ἐς τοὺς τρόπους* homo describitur incertus et varius. [4]) Mea quidem de hac re sententia, si non firmis, ido-

neis tamen argumentis nititur, ut non temere statuam, *actos esse Δήμους statim post Siculam expeditionem, Ol. XCII, 1., Archonte Callia, magnis Dionysiis.* Non dicam de pluribus fragmentis, quae haud dubie ad Siculam cladem spectant, sed ita quaeram, quid magis esse possit rationi consentaneum, quam dixisse Eupolin, quid sentiret de mutanda reipublicae administratione, Atheniensibus eo tempore, quo spes erat, non vanas fore et irritas cohortationes vere patriae amantium? Surdis profecto auribus cecinisset Ol. XCI. anno vel tertio vel quarto, quum populus, minime de victoria desperans, sua adhuc utebatur levitate et insolentia; sequenti vero anno, posteaquam certiores facti sunt de funestissimo belli exitu, ita fracta est populi confidentia, ut vel sua sponte intelligerent, esse tandem aliquando consideratius agendum, consiliisque obtemperandum sapientum virorum.[5]) Hanc occasionem a fortuna oblatam ut dimiserit Eupolis? At seriori fortasse tempore fabula in certamen commissa est. Quum deferbuisset scilicet populi studium! Neque is erat Eupolis, qui obsoleta repeteret.[6]) Quod vero dixi, magnis Dionysiis datam esse fabulam nostram, non minus positum est in conjectura. Nam et satis magnifica fuit, neque causam video, cur socii inter spectatores esse non potuerint.

Quemadmodum autem multae veterum comoediae in certo quodam die versantur, veluti Aristophanis Thesmophor. I. in eo, qui appellabatur *Νηστεία*, Thesmophor. II. in eo, quem dicebant *Καλλιγένεια*, sic *Δήμοι in illo die versari videntur, quo φράτορες convenerunt, ut reciperent ephebos ex omnibus De-*

*mis.* Cujus sententiae auctor mihi est Photius I. pag. 321. *οἰνιαστήρια· σπονδὴ τῷ Ἡρακλεῖ ἐπιτελουμένη ὑπὸ τῶν ἐφήβων πρὶν ἀποκείρασθαι. Εὔπολις Δήμοις.* Vid. Porson. Advv. p. 130. Conferri possunt Athen. XI, 494. F. Hesychius v. *οἰνιαστήρια*, et Eustathius p. 907, 18., qui omnes sine ulla dissensione testantur, ephebos, comam tonsuros, obtulisse Herculi poculum vino repletum. Aliam opinionem sequi videtur Pollux III, 52.: *ἡ δὲ ὑπὲρ τῶν εἰς τοὺς φράτορας εἰσαγομένων παίδων οἴνου ἐπίδοσις οἰνιστήρια ἐκαλεῖτο*, quod idem repetiit libro VI, 22. Si fides habenda est Petito, erravit Pollux, ideo, quod confudit liberorum professionem apud phratoras cum epheborum professione. At non prorsus erravit, siquidem mea, quam nunc paucis exponam, vera est sententia. Referebantur genuini Atheniensium liberi in illud *κοινὸν γραμματεῖον* anno aetatis primo, teste Etymologo, quem, quamvis vera cum falsis confundat, multo tamen potius sequor, quam Proclum ad Platonis Timaeum I. p. 27. qui non solum eadem peccavit, quae Etymologus, sed etiam, quod nulla ratione nititur, illud factum esse contendit tum, quum tertium liberi vel quartum annum aetatis complevissent. Inde vocabantur *οἱ ἐγγραφόμενοι*, res ipsa *ἐς τὸ κοινὸν γραμματεῖον ἐγγράφειν.*[7]) Postea *pueritiam ingressi*,[8]) adducti sunt ad phratoras tertio Apaturiorum die, cui nomen erat *κουρεῶτις*, victima[9]) immolata Jovi phratrio. Jam duae res in disceptationem vocari debent: primum, quid sibi voluerit illud *ἐς τοὺς φράτορας εἰσάγειν*, deinde, quonam anno aetatis pueri introducti sint. Illam quaestionem nemo dum, quantum sciam,

tetigit; de altera egit Boeckhius in Ind. Lectt. Berol. aest. 1819, qui, quid ibi dixerit, nescio. Sed tamen est verisimile, siquidem recte interpretor Runkelium p. 113., eum filios in phratrias inductos esse opinari „fine anni aetatis quinti decimi cujusque." Nisi fallor, ita statuit Boeckh. propter locum in Aristophanis Vespis 578.: *παίδων τοίνυν δοκιμαζομένων αἰδοῖα πάρεστι θεᾶσθαι*, ubi Scholiasta haec profert: *πρὸς τὸ ἔθος Ἀριστοτέλης δέ φησιν, ὅτι ψήφῳ οἱ ἐγγραφόμενοι δοκιμάζονται οἱ νεώτεροι μὴ ἐτῶν ιέ εἶεν.* Haud dubie loquitur Aristophanes de ista puerorum inductione; perpendas verba *παίδων* et *δοκιμαζομένων*, quae verba eo spectant, quod (auctore utor Platon. Tim.) phratores, posteaquam, recte olim filios in *κοινὸν γραμματεῖον* esse relatos intellexerunt, non committendum putabant, quin cognoscerent, qui sit eorum, qui inducti erant, animi cultus. Sed illud Scholiastae *ιέ* magnas habet suspiciones; nam Codex Venet. apud Bekkerum exhibet *ιή*, quae lectio mihi longe videtur esse verior. Ut locum corrumperet, Scholiastam adduxit, opinor, id, quod anno aetatis decimo octavo ephebiam ingrediebantur pueri. Quod Scholiastam turbavit, idem mihi lucem affert satis illustrem. Etenim quum illud certum sit, pueros, non infantes esse apud phratoras inductos, et quum, teste Platone, quo die inducebantur pueri, eodem, quid profecissent in artibus ingenuis, deberent expromere, idque Scholiasta Venetus tradat factum esse tum, quum ephebi esse coepissent: vix dubium esse potest, quin illa pueri inductione declarati sint ephebi. Itaque nec omnino falsa tradidit Pollux; licuit enim negligentiori eos vocare *παῖδες*,

qui jam in eo erant, ut reciperentur inter ephebos, neque audiendi sunt viri docti, qui aliud fuisse censent induci apud phratoras, aliud, recipi in numerum epheborum: qui viri docti cur ita statuerent, haec causa fuit, quod nimium confisi sunt Meursio, a quo in Graec. Fer. v. Ἀπατούρια multa docte quidem, sed minus acute disputata sunt. Meam, quam paucis hic dicendam putavi sententiam, alio loco uberius mox exponam, ubi quum alia, tum etiam haec investiganda erunt, utrum, ut vulgo opinantur, eodem die infantes in κοινὸν γραμματεῖον relati sint a phratriarcho, quo pueri ephebiam ingrediebantur, an alio potius tempore vel constituto vel non constituto. — In tertio igitur Apaturiorum die (jam revertor ad Eupolin) versantur Δῆμοι; quem diem cur potissimum elegerit Eupolis, non ita obscurum erit ei, qui meminerit, quanto studio audire et loqui soleat populus de rebus, quae ad rempublicam pertinent, in ejusmodi conventibus. Est autem haec observatio minime negligenda. Sequitur enim, ut de medio sumta sit illa similitudo ὥσπερ μειαγωγὸς ἑστιῶν fragm. I.; deinde vero non jam ambiguum est, quale fuerit solenne illud sacrificium, quo pertinent fragmenta XXIII — XXV. Intelligis etiam, quam vera sit Suevernii aliorumque sententia, qui *Chorum* constitisse dicunt ex Demis, de qua re ego plane non dubito, non quo eos sequar, qui semper fabulas nomen invenisse arbitrantur ab Choro, (huic enim consuetudini nequaquam ubique se adstinxerunt Comici) sed quoniam in ea fabula, in qua agebatur de *universae* reipublicae misero statu emendando, Chorus ex Δήμοις componi non solum potuit, sed paene dixerim, debuit. —

Quum igitur tam late pateret hujus fabulae argumentum, factum est, ut plurium hominum memoria revocaretur. Inter quos est Pisistratus, teste Scholiasta Aristophanis Acharn. 61: *Εὔπολις Δήμοις εἰσάγει τὸν Πεισίστρατον βασιλέα*, ex quo loco Runkelius[10]) male extorsit, Pisistratum ex Orco rediisse; intelligitur enim ex perpetuitate orationis, *εἰσάγειν* h. l. nihil significare nisi *μνησθῆναι*. Quod magis etiam apparet ex Ammonio pag. 138.: *ἔσθ' ὅτε καὶ τὸν τύραννον Βασιλέα ἔλεγον, ὡς Εὔπολις ἐν Δήμοις ἐπὶ τοῦ Πεισιστράτου*, et Suida, v. *βασιλεὺς·* — *καὶ Εὔπολις Πεισίστρατον Βασιλέα καλεῖ* —. Phormionis quoque mentio facta est. Schol. Venet. ad Pac. 348.: *ὁ δὲ δεύτερος* (scl. *Φορμίων*) *ἦν κωφός. μέμνηται καὶ Στράττις. Τρίτος, μοιχός. Κρατῖνος Ἀταλάντῃ. Τέταρτος, Κροτωνιάτης ἀρχαῖος. Κρατῖνος Τροφωνίῳ. Πέμπτος, ἀρχαῖος Ἀθηναῖος, μετὰ Σόλωνα ἄρξας. Εὔπολις ἐν Δήμοις.*[11]) Etiam Theagenem attigit, hominem superstitiosum,[12]) sordidum itaque fatuum, ut quum pauper esset, ditissimus videri vellet. Risit eum propterea Aristophanes Avv. 823.:

> *ἆρ' ἐστὶν αὐτηγὶ Νεφελοκοκκυγία,*
> *ἵνα καὶ τὰ Θεαγένους τὰ πολλὰ χρήματα;*

ubi Scholiasta: *λέγεται, ὅτι μεγαλέμπορός τις ἐβούλετο εἶναι.* (Theagenes) *περαΐτης, ἀλαζὼν, ψευδόπλουτος. ἐκαλεῖτο δὲ καπνὸς*[13]) *ὅτι πολλὰ ὑπισχνούμενος οὐδὲν ἐτέλει. Εὔπολις ἐν Δήμοις.* Ad hunc defero vocem *καπνοδόκην*, quam ex Demis repetiit Pollux VII, 27., 123. atque illud, quod legitur IX, 146.: *ἐν δ' Εὐπόλιδος Δήμοις ἐστὶ καὶ τὸ καυχήσασθαι*, ubi MS.

Jungermanni καυχήσεται praebet. Postremo Cleocritus et Antimachus trapezita in hac fabula commemorati sunt. De illo inspiciendus est Schol. Aristoph. Av. 877. (Suid. s. v.) qui Cleocritum describit hominem peregrinum, qui facie avem retulerit. Subjunxit haec: καὶ ἴσως ἕτερος ἂν εἴη τοῦ παρ' Εὐπόλιδι ἐν Δήμοις καὶ Κόλαξιν. De Antimacho haec leguntur apud Schol. Aristoph. Nub. 1018. (Suid. s. v.) τῆς Ἀντιμάχου] Οὗτος ὡς κίναιδος καὶ εὔμορφος καὶ θηλυμανὴς κωμῳδεῖται· δεύτερος, ὁ ἐπὶ πονηρίᾳ κωμῳδούμενος, τρίτος, ὁ ψακὰς λεγόμενος, τέταρτος, ὁ τραπεζίτης, οὗ μέμνηται Εὔπολις ἐν Δήμοις, πέμπτος, ἱστοριογράφος. τάχα δὲ αὐτός ἐστι τῷ εὐμόρφῳ. Fortasse Theagenes et Cleocritus in scenam prodierunt: sed quum eorum ne vestigium quidem in fragmentis agnoscamus, neque ex Scholiastis aliquid certi possimus eruere: frustra rem conjectura assequi coneris. — Pergo ad ipsa fragmenta.

---

## I.

Harpocratio v. μεῖον p. 117: περὶ τοῦ μειαγώγου Εὔπολις ἐν Δήμοις

Τοιγαροῦν
Οὐδεὶς στρατηγὸς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου
Δύναιτ' ἄν, ὥσπερ μειαγωγὸς ἑστιῶν
Τῆς τοῦδε νίκης πλείον' ἑλκύσαι σταθμόν.

Vulgo δύναται, quod Gronov. mutavit in δύναιτ' ἄν, probantibus Porsono ad Euripid. Hecub. 1175 et Thierschio specim. ed. Sympos. Platon. p. 5. Male Meurs. Lectt. Att. 1. δύναται μὲν. Dobreeus Advers. p. 587. quum animadvertisset, οὐδεὶς post χρόνου legi

in Ald. MSS., tetrametros trochaicos restitui voluit hoc modo:

—⏑ τοιγαροῦν στρατηγὸς ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου
οὐδεεὶς δύναιτ' ἂν ὥσπερ μειαγωγὸς ἑστιῶν,
[τὴν πόλιν] τῆς τοῦδε νίκης πλείον' ἑλκύσαι σταθμόν.

Quam conjecturam, quamvis ingeniosam, non tamen praetulerim Gronovianae emendationi, praesertim quum vocabula τὴν πόλιν, ut metro satisfaceret, plane pro arbitrio inseruerit Dobreeus.

## II.

Longinus De Sublim. XVI, 3., p. 70. ed. Weisk. Εὔπολις·

Οὐ γὰρ, μὰ τὴν Μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην
Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.

## III.

Κράτιστος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν.
Ὁπότε παρέλθοι, ὥσπερ ἀγαθοὶ δρομῆς
Ἐκ δέκα ποδῶν ᾖρει λέγων τοὺς ῥήτορας·
Ταχὺς λέγειν μὲν, πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
Πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν. 5
Οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
Τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Integrum fragmentum servavit nobis Schol. Aristoph. Acharn. 529. Praeterea v. 1—5. leguntur apud Schol. Aristid. p. 174. ed. Frommel. Confer Plinii Epist. I, 20. Diodor. Sic. XII, 40. Schol. Aristoph. Pac. v. 1203. Aristides Oratt. Platon. III, pag. 215.

V. 2. Ὁπότε παρέλθοι. Soloece Valckenar. in margine παρέλθῃ. Pro vulgato ὥσπερ Runkelius post Bentlejum scripsit χὥσπερ. Frustra. Nam et hiatus facillime defenditur interpunctione et caesura, et vulgata longe melius in sensum quadrat, modo punctum ponatur post λέγειν v. l. ἀγαθοὶ δρομῆς Schol. Aristid. et Aristoph. οἱ ἀγαθοί. Frommel. ὠ 'γαθοί. Runkel. οἱ 'γαθοί. Imo ἀγαθοὶ δρομῆς recepit Valcken. ex praestantissimo Codice Leidensi. Recte. Vulgo δρομεῖς. V. 3. Schol. Aristophan. ἑκκαίδεκα ποδῶν ᾖρει λέγων τοὺς ῥήτορας, metro prorsus everso. Similiter Schol. Aristid., nisi quod pro ᾖρει exhibet ᾖρει. In ipso Aristide III, p. 215. legitur ἑκκαίδεκα. Quod tamen minime ferri potest, quia non solum repugnat metro, sed magnopere etiam abhorret a sermonis consuetudine, quum in hujusmodi formulis dicendi Graeci pariter atque Latini numero absoluto usi sint. Ad quod minime attendisse videtur Kusterus, qui hunc locum ita emendare sibi visus est: ἑκκαίδεκα ποσὶ λέγων ὑπερῆρε τοὺς ῥήτορας, qua conjectura tantum abest, ut loco medela afferatur, ut majore vitio oblinatur. Idque bene tenendum, Eupolin non comice, sed graviter severeque Periclis laudes celebrare, ex Kusteri autem conjectura versus, quod minime cum totius fragmenti indole convenit, jocosus est, ut recte conferas locum ex Nubibus Aristophanis, ubi Strepsiades, stultissimus homo, ad creditores fraudandos haec sibi expetit v. 428.

ὦ δέσποιναι, δέομαι τοίνυν ὑμῶν τουτὶ πάνυ μικρόν
τῶν Ἑλλήνων εἶναί με λέγειν ἑκατὸν σταδίοισιν ἄριστον.

Adde Ran. 91. Neque minus displicent Toupius ad

Lengn. 37, 4., qui scripsit: παρέλθοι δ' — ἑκδέκα, et Frommel., qui λέγων ad sequentem versum pertinere arbitratur. Inepte autem Wasius de Senario XVI. p. 240. verba τοὺς ῥήτορας suspensa existimat a παρέλθοι, itaque legendum putat: ἑκκαίδεκα ποδῶν περιλέγων τ. ρ. Itaque παρέλθοι significare arbitratur *cursu assequi*, et περιλέγων *dicendo superare.* [14]) Est quidem satis frequens iste usus verbi παρέρχεσθαι apud Homerum (Of. Od. VIII, 230. Il. XXIII, 345.): veruntamen vel primo obtuta offertur nobis significatio *in concionem prodire*: illud vero περιλέγων nunquam significavit et significare potuit *dicendo superare.* Verissime Grotius Exc. p. 499. et Wyttenbachius ad Plutarch. D. S. N. V. p. 310. s. (7.), quos sequuti sunt Creutzer. ad Olymp. II. p. 29. et Runkel. p. 109. versum ita restituerunt:

ἐκ δέκα ποδῶν ᾖρει λέγων τοὺς ῥήτορας.

Idque non ex sola conjectura, sed suadente Themistio, qui Orat. XXVII. pag. 339. C. hunc locum respiciens ita scripsit: λέγων αἰρήσεις οὐκ ἐκ δέκα μόνον ποδῶν, ἀλλ' ἐξ εἴκοσιν ἴσως —. Similiter Isidorus Pelus. Epist. IV, 205. pag. 102: Πῶς γὰρ Περικλῆς ἑάλω, ὃς ἀπὸ δέκα ποδῶν ᾖρει τοὺς ῥήτορας, καὶ προσέτι γε κατὰ τὸν κωμικὸν Πειθώ τις ᾖκει ἐν τοῖς χείλεσιν. Praeterea illud ᾖρει, quod in ipso quoque Aristide legitur, optime convenit cum praecedenti ὀρχῆς; ᾖρει autem vix ac ne vix quidem poterit explicari. V. 4. In Aristoph. Acharn. l. l. Juntina habet ταχὺν λέγειν μέν, quod scilicet correcturus erat Schol. Aristidis, qui ταχὺν λέγεις με, quod absurdum est, nisi cum Frommelio haec assignare volumus Pericli. Vide infra p. 26. s. V. 5. ἐπεκάθιζεν

legitur in Diodoro, in Aristide ejusque Scholiasta, et confirmatur a Themistio Orat. II. p. 37. B. *Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, οὐ τοῖς χείλεσιν ἐπεκάθιζε Πειθώ.* Etiam Isidorus Imperfectum habet ᾤκει. Quapropter magnopere miror, Scholiastam Aristoph., qui unus exhibet *ἐπεκάθισεν* (recte Scholiorum editio Junt. *ἐπεκάθιζεν*), quod si non metro (vide Dindorf. ad Aristoph. Ran. 421. ed. min.) tamen sensui perniciosum sequutos esse Wyttenbach. et Runkel. V. 7. Veram lectionem *ἐγκατέλειπε* debemus Diodoro, eamque probarunt Frommel. et Wakefield. S. Crit. IV. p. 15. In Schol. Acharn. et Aldina et Junt. *ἐγκατέλιπε*; Bekkerus solus *ἐγκατέλειπε*, haud dubie ex conjectura. Etiam Schol. Lys. et Pac. *ἐγκατέλιπε*, quod non servare debebant Wyttenbach. et Runkel. — Plinius l. l. valde corruptus est. Nam in Cod. Pragensi, optimo illo quidem, haec inveniuntur: *προς δε αυτου τω | ι ταχει πειτω τις ειπικεντο τ | οις ειρημασυν συνατος εκελε | ι και μονος των ρητορων το | κεντρον εικλει. πε τοις ακροωμενεις.* [15]) Ex his Titzius elicuit et inculcavit Plinio:

*πρὸς δέ τ'* [16]) *αὐτοῦ τῷ τάχει*
*Πειθώ τις ἐπέκειτο τοῖσι ῥήμασι.*
*Συνετῶς ἐκέλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων*
*Τὸ κέντρον ἐκλείπε τοῖς ἀκροωμένοις.*

atque hos trimetros, qui omnes metro repugnant praeter tertium, eandem habere auctoritatem confirmat quam Schol. Aristophanis. Praeclarus vero artis criticae usus. Quamquam enim prorsus discrepat Cod. Prag. a vulgata scriptura, in nonnullis tamen veram agnoscis lectionem. Veluti in voce *συνατος* perperam ex prae-

cedenti ειρημασυν repetita est ultima syllaba, et ατος est οὕτως. In ἐκλείπε vero quis est qui non reperiat Diodori lectionem ἐγκατέλειπε? Illud etiam ἐπέκειτο τοῖσι male posuit Titz. pro ἐπεκάθητο τοῖσι, quod vulgo in Plinio legitur, et quo ducunt etiam scripturae Codd. quamvis perversae. Itaque Plinius ipse hunc errorem commisisse videtur. Ῥήμασιν autem est perabsurdum pro χείλεσιν, quod agnoscit Cicero de Oratore III, 43. aliique, quos enumeravit Wyttenb. l. l. Adde parodiam Aristophanis in Gerytade (p. 117. ed. Dindorf.) φησὶν οὖν Ἀριστοφάνης, ὅτι κηρὸς ἐπεκαθίζετο τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ, hoc est:

Κηρός τις ἐπεκάθητο τοῖσι χείλεσιν
vel ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν.

et Aristoph. Ran. 678. s. de Cleophonte: ἐφ' οὗ δὴ χείλεσιν ἀμφιλάλοις δεινὸν ἐπιβρέμεται Θρῃκία χελιδών.

Jam inspiciamus Codd. Medic. et Arnzen., qui quum nonnulli offerant πρὸς δέ γ' αὖ τούτῳ τάχ' ἡ, vulgatae suffragantur. Τάχει scripsisse Plinium, vel ipsius verba testantur: „Verum huic ipsi Pericli nec illa παιθώ, nec illud ἐκήλει, *brevitate vel velocitate*, vel utraque — contigisset." Quae sequuntur in Mediceo, corrupta sunt: Προς ε τε αυτου τωι ειπικθητο τοις ειρημασυν συνατοςε καλει μονος. Vide Politian. Miscell. c. XCI.

## IV.

Plutarchus Pericle 3.: ὁ δ' Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις πυνθανόμενος περὶ ἑκάστου τῶν ἀναβεβηκότων ἐξ Ἅιδου δημαγωγῶν, ὡς ὁ Περικλῆς ὠνόμαστο τελευταῖος·

Ὅ τι περ κεφάλαιον τῶν κάτωθεν ἤγαγες.

V.

Plutarchus Pericle 24.: *Δοκεῖ δὲ καὶ τὸν νόθον ἐκ ταύτης τεκνῶσαι, περὶ οὗ πεποίηκεν Εὔπολις ἐν Δήμοις αὐτὸν μὲν οὕτως ἐρωτῶντα·*

*Ὁ νόθος δέ μοι ζῇ;*

*τὸν δὲ Μυρωνίδην ἀποκρινόμενον·*

*καὶ πάλαι γ' ἔνη ἥκει.*

*Εἰ μὴ τὸ τῆς πόρνης ὑπεροφόδει κακόν.*

Confer Harpocrationem p. 30.: *Δοκεῖ ἐξ αὐτῆς ἐσχηκέναι ὁ Περικλῆς τὸν ὁμώνυμον αὐτῷ Περικλέα τὸν νόθον, ὡς ἐμφαίνει καὶ Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις* (qui videtur ex eodem fonte cum Plutarcho hausisse; ambo enim dubitanter loqui apparet ex v. *δοκεῖ*), et qui alios sequutus auctores rem simpliciter affirmat, Scholiastam Platonis p. 391. Belk. *ἔσχε δὲ ἐξ αὐτῆς ὁ Περικλῆς νόθον υἱόν, ἐφ' οὗ καὶ ἐνεκεύνα, τῶν γνησίων προαποθανόντων, ὡς Εὔπολις Δήμοις.* In Plutarcho legebatur *Πυρωνίδην*, quod nomen in nullo veterum scriptorum reperitur. Veram lectionem *Μυρωνίδην* receperunt Schaefer. in editione Vitarum, Frommel. l. l., Valck. Diatr. p. 229 et Runkel. p. 107. Vulgatam *ὑποῤῥώδει* (!) recte emendavit Valcken. l. l. p. 221, quem sequuti sunt Porsonus Append. in Toup. IV. p. 446, Schaefer. et Runkel.

VI.

Athenaeus IX. p. 373. E.: *Ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ πληθυντικοῦ ὄρνεις λέγουσι, πρόκειται τὸ Μενάνδρειον μαρτύριον· — καὶ Εὔπολις ἐν Δήμοις·*

*Οὐ δεινὸν οὖν, κριοὺς ἐμ' ἐκγεννᾶν τέκνα*
*Ὄρνεις δ' ὁμοίους τοὺς νεοττοὺς τῷ πατρί;*

V. 1. Vulgata lectio *κρείους μ'* frustra exercuit Casaubonum, qui explicat *conchas asperas* (cf. Schweigh. Animadvv. in Athen. V. p. 46.) et Grotium, qui scribit *κρειούς με μὲν* (debebat *ἐμὲ μὲν*) *γεννᾶν τέκνα* itaque interpretatur: „nonne grave est, partus quod mei plus me valent." Egregia est Valckenarii emendatio ad Euripid. Phoen. v. 44. p. 191. *κριοὺς ἐμ' ἐκγεννᾶν*, quam receperunt Schweigh. Dindorf. Runkel. Wakefield. S. Crit. IV. p. 18. *κριοὺς μὲν ἐκγεννᾶν*. Parum perspectam habuit loci sententiam, quum verteret: „nonne durum est, arietes et aves prolem patri similem generare" adderetque: „Nos autem — aut quid non absimile; nam manca est sententia." Imo integra est et partibus suis expleta; modo v. 2. pro ϑ' scribas δ', quod miror Dindorfium non minus fugisse quam Runkelium. Emendationem Casauboni ϑ' *ὁμοίους* pro *ὁμοίως* probavit Grot. in Exc. p. 499, nisi quod pro ϑ' recte δ' posuit.

VII.

Scholiasta Nubium Aristoph. 997. (1001.) *τοῖς Ἱππόκρατους.*] *οὗτοι εἰσιν Τελέσιππος,* [18]) *Δημοφῶν, Περικλῆς, διαβαλλόμενοι εἰς ὑβρίαν. καὶ Εὔπολις φησιν ἐν Δήμοις·*

*Ἱπποκράτους δὲ παῖδες ἐμβόλιμοί τινες*
*Βληχητὰ τέκνα, κοὐδαμῶς τοῦ σοῦ τρόπου.*

Hic primum de scriptura Scholiastae quaestio incidit. Fritzschius in doctissima, quam edidit, Comment. de Aristophan. Babyloniis p. 42. legendum confirmat *Λυ-*

*δικλῆς* pro *Περικλῆς*. Sed meliorem hujus loci emendandi rationem mihi significavit Vir ingeniosissimus, Nempe Scholiasta Aristidis Orat. Plat. p. 177. Periclem ait genus deduxisse ex familia quadam, quae appellata sit *Βουζύγαι* (*Βουζύγαι*, inquit, *καλοῦνται οἱ τὰς ἱερὰς βοῦς τὰς ἐν Ἐλευσῖνι ἀροτριώσας τρέφοντες. ἐκ τούτων δὲ ὁ Περικλῆς κατήγετο*). In iis vero, ex quibus hausit Scholiasta Aristophanis, forsan legebatur *Βουζύγης*; quod quum explicare vellet nesciretque, Demostratum idem habuisse cognomen, scripsit *Περικλῆς*, quum deberet *Δημόστρατος*. Fortasse etiam confudit Hippocratis filios, qui erant *προκέφαλοί τινες* (vide Suidam s. *τοῖς Ἱπποκράτους*) cum magno Pericle, Xanthippi filio, qui item erat *προκέφαλος*, sive ita erravit, ut auctorem suum non intelligeret, qui fortasse dixerat, Periclem, spurium filium magni illius Periclis, in *Δήμοις* commemoratum fuisse. Ad rem transeo graviorem. Suid. v. *τοῖς Ἱπποκράτους* exhibet *δὲ*, quod cum Fritzschio et Reisigio Conject. in Aristoph. I, 3. p. 111. praeferendum puto Scholiastae lectioni *τε*, (quae Runkellio placuit), propter summam, qua hi versus eos, qui praecedunt, attingere videntur, necessitudinem. Idem Suid. v. *βληχὴ* alterum versum affert, sine ulla a Scholiastae scriptura dissensione, nisi quod poetae nomen omisit. Sic fere etiam v. *ἐμβόλιμός· ἀτελής. Ἱπποκράτης. παῖδες ἐμβόλιμοί τινες*, quod iisdem verbis repetiit Zonaras v. eod. p. 697. Aliter Suid. v. *ὑώδεις· ὑεῖς Ἱπποκράτους ἐμβόλιμοί τινες, βληχητὰ τέκνα.* Utrumque versum protulit Phavorinus pag. 388. Cf. Reisig. l. l. Maxima est virorum doctorum in his versibus emendandis dissensio. Nam ut omittam Reisi-

gium, qui, quamvis acute, ut solebat, de hoc loco disputaverit, justo tamen audacius Comici versus hunc in modum constituit:

Ἱπποκράτους δ' υἱεῖς ἐμβόλιμοί τινες
Βληχητὰ τέκνα, κοὐδαμῶς τοῦ τρόπου

versibus dochmiacis: Brunckius, quum non putaret secundam produci posse syllabam, scripsit Ἱπποκράτεος. Vide Hermannum in altera Nubium editione l. l. Sed mihi egregie placet, quod Hermannus dixit in Epit. Doctr. Metr. pag. 37.: „In initio orationis, et ubi quid significanter dici volumus, vocem magis solemus intendere. Hinc intentio vocis in prima arsi versus heroici producendae brevi syllabae aliquando inservit. — *Eodem pertinet in nominibus propriis facta productio, ubi pondus aliquod in iis inest.* Aeschyl. S. ad Th. 494. 553. Sophocl. ap. Priscian, p. 1328," de qua re diligentius etiam dixit El. D. Metr. p. 44. et p. 60. Quam licentiam quum sibi Tragici sumserint, cur non idem licuerit Comicis, qui praesertim in nominibus propriis multo etiam licentius egerunt? Vide hunc Aristophanis senarium e Cocalo (p. 88. Dind.).

Λοιδῦρία τις ἐγένεθ' ὑμῖν; πώμαλα.

quem non magis puto mutandum esse. Ne in vocabuli τέκνα quidem quantitate haerere debuerunt viri docti, quod quum apud Aristophanem tum maxime apud Tragicos priorem habere posse longam docuit Fritzschius Comment. de Aristophan. Daetalens. pag. 129. Sed tamen per me licet scribere cum Brunckio τέκεα. V. 2. perperam Portus βληχᾶται τὰ τ., καὶ οὐδαμῶς ἐκ τοῦ

τρόπου. Toup. Emend. in Suid. I. p. 165. et Brunck. κοὐδαμῶς τοῦ 'μοῦ τρ., quod fulcitur Aristoph. Thesmoph. v. 574. φίλαι γυναῖκες, ξυγγενεῖς τοῦ 'μοῦ τρόπου et Vesp. 1002. ἄκων γὰρ αὖτ' ἔδρασα, κοὐ τοῦ 'μοῦ τρόπου. Kusteri τοῦ νῦν τρ. probarunt Bentlejus et Dobreeus in Add. ad Aristoph. Vesp. 1472. ed. Cantabr. Grotius et Thomas Gataker. Adv. Misc. XIII. pag. 548. F. κ. τινὸς τρ. Denique Runkel. „Vestigia," inquit, „metri Eupolidei quoque agnoscere difficile non est." Equidem illius metri ne vestigium quidem agnosco, sed unice amplector Fritzschii emendationem τοῦ σοῦ τρόπου. Colloquitur haud dubie aliquis cum altero, veluti cum Pericle Myronides. Cf. Aristoph. Thesmoph. 93.: τὸ πρᾶγμα κομψὸν καὶ σφόδρ' ἐκ τοῦ σοῦ τρόπου. Eupol. ap. Stobaeum III. p. 31. Grot. (p. 165. Runk.) — τῶν φρενῶν τῷ σῷ λόγῳ.

— VIII.

Scholiasta Aristophanis Lys. 398. Δημόστρατος Βουζύγης ἐλέγετο, ὃν Χολοζύγην εἶπε (Aristophanes) διὰ τὸ μελαγχολᾶν. Εὔπολις δὲ ἐν Δήμοις ὡς μανιώδη αὐτὸν λέγει·

Τί κέκραγας, ὥσπερ Βουζύγης ἀδικούμενος;

In versu Eupolidis qui relatus est, minime μανιώδης dicitur Demostratus. Itaque Scholiasta aut omisit proximum Eupolidis versum, quo aliquid hujuscemodi continebatur, aut (quod magis credo) tribuit homo Eupolidi, quod est Aristophanis, qui l. l. Demostratum appellat Χολοζύγης, h. e. μανιώδης Βουζύγης. Vulgo Φιλόστρατος et ἐν Δήμῳ, quae emendavit Kusterus.

IX.

Aristides Orat. Platon. III. p. 215.: — ἀνεπίφθονον αὐτῷ καὶ καθαρὰν τὴν μαρτυρίαν ἀποδίδωκε (Eupolis), λέγων, ὡς ἑκκαίδεκα μὲν ποδῶν ᾤρει τοὺς ῥήτορας ἐν τοῖς λόγοις· μόνον δὲ Πειθοῦς ἐπεκάθιζεν ἐκείνοις χείλεσιν· πάντα δ' εἶναι φλυαρίαν πρὸς ἐκεῖνον· φησὶ γοῦν οὕτως δυσχερείνων·

Ῥήτωρ γὰρ ἔστι νῦν τις, ὧν γ' ἔστιν λέγειν,
Ὁ Βουζύγης ἄριστος, ἁλιτήριος.

Scholiasta Aristidis et ὧν et ὧν legi observat p. 177. εὕρεται δὲ καὶ ὁ ὧν, μέγα δασυνόμενον καὶ περισπώμενον. Bentlejus praeter necessitatem εἴη' Metro satisfecit, Dindorf., qui pro vulgato ἐστὶ λέγ. posuit ἐστὶν λέγειν. Idem bene ἁλιτήριος pro ἁλιστήριος post Porsonum; perfecisset rem, si comma posuisset post ἄριστος. In praecedentibus πάντα — ἐκεῖνον scl. Περικλέα latet fortasse versus Eupolidis:

φλυαρία πάντ' ἐστὶ πρὸς τὸν Περικλέα.

(cf. Aristoph. Lys. v. 860.: ὅτι λῆρός ἐστι τἄλλα πρὸς Κινησίαν. ibid v. 159.: φλυαρία πάντ' ἐστὶ τὰ μεμιμημένα) qui versus Eupolidis proxime praecesserit verbis ῥήτωρ γὰρ ἔστι νῦν κ. τ. λ. Quod ideo opinor, quoniam Aristides oratione usus obliqua, non accurate poetae verba, sed, uti animo obversabantur, repetiit, suis aliena miscens. Simili ratione, modo diligenter attendamus omnem sententiarum perpetuitatem, plures veterum versus restitui posse mihi est persuasum. Sed transeo ad reliqua.

X.

Scholiasta Venetus ad Homer. Il. β. v. 333.: *Οἷόν γε πού 'στι γλῶσσα κἀνθρώπου λόγος κατὰ τὸν Εὔπολιν· Ὁ μὲν γὰρ λέγων φεύγωμεν ἀναπτεροῖ, ὁ δὲ μένωμεν πείθει. ἅμα δὲ καὶ τὸ παλίμβολον τῶν ῥήμων ἐσήμανεν.* Apud Eustathium l. l. pag. 231. haec habes: *ἐνταῦθα δὲ οἱ παλαιοὶ παρασημειοῦνται τὸ τοῦ ὄχλου παλίμβολον, ὅπως οἱ αὐτοὶ καὶ φεύγειν ἦσαν ἑτοιμότατοι καὶ μένειν αὖθις, ῥᾷον ἀνεπείσθησαν. ἐπιφωνοῦσι δὲ καὶ τὸ τοῦ Εὐπόλιδος οἷόν γε πού 'στι γλῶσσ' ἀνθρώπου· εἴπερ ὁ μὲν λέγων φεύγωμεν ἀναπτεροῖ, ὁ δὲ αὖθις πείθει λέγων μίμνωμεν.* Ex his, quae haud dubie memoriter laudata sunt, trimetros Eupolidis sic fere restitues:

*Οἷόν γε πού 'στι γλῶσσα κἀνθρώπου λόγος!*
*Ὁ μὲν γὰρ οὖν λέγων φεύγωμεν ἀναπτεροῖ*
*Ὁ δ' αὖ λέγων μίμνωμεν ἀνεπείθει [θαμά].*

XI.

Plutarchus Alcibiade 13.: — *ἦν γὰρ* (scl. Phaeax) *ὡς Εὔπολις φησὶ*

*Λαλεῖν ἄριστος, ἀδυνατώτατος λέγειν.*

XII.

Tiberius Rhetor 47. p. 66.: — *ὡς παρ' Εὐπόλιδι ἐν Δήμοις·*

*Ἅπασα γὰρ ποθοῦμεν ἡ κλεινὴ πόλις!*

Vulgo *ποθουμένη*, quod emendavit ita ut scripsi Mein. ad Euphor. p. 92.

XIII.

Etymologicum Magnum v. βλιμάζειν. 200, 53.: Εὔπολις·

Ἀναβλυστονῆσαι καὶ χλοῆσαι τὴν πόλιν.

Hunc trimetrum e Δήμοις sumtum esse, colligitur e Suida, qui sic: ἀναβλυστωνῆσαι, τὸ ἀναβλῦσαι. Εὔπολις Δήμοις., ubi Mein. Q. Scen. I. p. 50. legendum putat ἀναβλυστανῆσα. Sequutus sum Runkel. p. 113, qui, quum Eustath. ad Il. ρ. p. 1095. 8. e lexico rhetorico afferat verbum ἀναβλυστονεῖν, verissime legendum censuit ἀναβλυστονῆσαι. Perperam apud Etym. ἅμα βλυσθοινῆσαι, quoniam notiones verborum βλυστονῆσαι et χλοῆσαι non sunt oppositae, sed similes. Recte dixit Menander p. 299.: ἅμ' ἠλέηται καὶ τέθνηκεν ἡ χάρις. Ceterum in Lys. Aristophanis 384. legas ὅπως ἀναβλαστάνῃς, ubi male alii ὅπως ἂν βλαστάνῃς. Cf. Stephani Thes. v. ἀναβλυστάνω.

XIV.

Συναγωγὴ p. 462.: ἀτυχεῖν, τὸ μὴ τυγχάνειν τινὸς, ἀλλὰ διαμαρτάνειν. Εὔπολις Δήμοις·

Λέγ' ὅτου πιθυμεῖς, κοὐδὲν ἀτυχήσεις ἐμοῦ.

Cf. Priscian. XVIII. C. 1175, 38, ubi λέγε του et ἀτυχήσῃς. In Συναγωγῇ legitur οὐ γὰρ pro κοὐδέν. Ferri utrumque potest.

XV.

Stobaeus S. 130. (T. 35. p. 141. Grot.) Εὔπολις Δήμοις·

Καὶ τοῦ μὲν ἐν κύκλῳ γε παύσομαι λόγου.
Φράσω δέ σοι τὸ πρᾶγμα διὰ τῶν καιρίων.

Vulgatam τοῦ μὲν κύκλῳ emendarunt Grotius et Wakefield. S. Cr. IV, 18. Πεπαύσομαι pro γε παύσομαι conjecit Piersonus ad Moerin. p. 293. Falso. Vid. Schaefer. ad Plut. V. p. 178. Explicari nequit editionis Trincavellianae δὲ τὸ πρᾶγμα v. 2. Sic etiam Codex B. a prima manu. Wakefield. post Salmasium: διὰ τῶν καιρίων, quod ne Graecum quidem est. In vulgata acquiesco ego.

XVI.

Athenaeus IX, 18. p. 408. C. Ἀττικοὶ δὲ χερνίβιον λέγουσιν, ὡς Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀλκιβιάδου, —. Χειρόνιπτρον δ' Εὔπολις ἐν Δήμοις·

Κἂν τις τύχῃ πρῶτος ῥαμμὼν, εἴληφε χειρόνιπτρον·
ἀνὴρ δ' ὅταν τις ἀγαθὸς ᾖ καὶ χρήσιμος πολίτης,
Νικᾷ τε πάντας χρηστὸς ὤν, οὐκ ἔστι χειρόνιπτρον.

Post verba Νικᾷ τε Schweigh. et Porson. Adv. pag. 114. ex conjectura adjecerunt πάντας, quod longe praestat Runkelii emendationi (p. 115.) τούσδε. „Dindorfius locum affert Grammatici in MS. Paris. 345. fol. 174. recto: χειρόνιπτρα· τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ. κἂν τις τύχῃ πρῶτος βαλὼν εἴληφε χειρόνιπτρα. Ἀριστοφάνης." Runk. Quodsi erravit Grammaticus, eaque, quae attulit, non ad Aristophanem sed ad Eupolin referre debuit: reciperem Pluralem χειρόνιπτρα, quippe quo magis augetur vis oppositionis. Sed nihil statuo. Nam recte Aristophani illud fragmentum tribui potest, quem constat saepissime quum Tragicorum ver-

sus tum maxime Comicorum, inprimis Cratini et Eupolidis, cum quibus perpetuas simultationes exercuit, aut repetiisse aut ridicule depravasse.

XVII.

Harpocratio v. καθάρσια p. 131. Εὔπολις Δήμοις·

Ὃν χρῆν ἐν τε ταῖς τριόδοις κἀν τοῖς ὀξυθυμίοις
Προστρόπαιον τῆς πόλεως καίεσθαι τετριγότα.

Metrum restituit Hermannus El. Doctr. Metr. III. pag. 379. Vulgo ὃν χρῆν ἐν τοῖσιν τρ. et καίεσθαι περιτετριγότα. Cf. Porson. Advv. pag. 286. et Gaisford. ad Hephaest. p. 358.

XVIII.

Scholiasta Aristophanis Av. 1568. Λαισποδίας δὲ καὶ Δαμασίας ὡς κακόκνημοι διαβάλλονται. Μνημονεύει δὲ αὐτῶν καὶ Εὔπολις ἐν Δήμοις·

Ταδὶ δὲ τὰ δένδρα Λαισποδίας καὶ Δαμασίας
Ἀνταῖσι ταῖς κνήμαισιν ἀκολουθοῦσί μοι.

Ταδὶ τὰ deleto δὲ corrigunt Elmslejus ad Medeam. v. 166. et Meln. Q. S. p. 50. Ut vulgo sic etiam Junius II. Movisse illos videntur τηνδεδί, τουδεδί et similes formae Comicorum. Quos si offenderat ταδὶ δὲ, in quo nunc haereo, saltem scribere debebant ταδεδὶ τὰ. At quis tandem mutaverit Aristoph. Vesp. 858.: ἥδε δὲ δή τίς ἐστιν; οὐχὶ κλεψύδρα; ibid. 1324 ὁδὶ δὲ δὴ καὶ σφαλλόμενος προσέρχεται.

XIX.

Scholiasta Aristid. Orat. Platon. p. 257. Εὔπολις ἐποίησεν ἀναστάντα τὸν Μιλτιάδην καὶ Ἀριστείδην

καὶ Σόλωνα καὶ Περικλέα. Ἐν τούτοις (i. e. hoc mentio facta est ab Aristide: Miltiadis, Themistocli, Cimonis, Periclis) οὐν ἕνεκα δύο μηνῶν (Aristides) Περικλῆς καὶ Μιλτιάδης λέγει δὲ Εὔπολις οὕτως·

Καὶ μηκέτ', ὦ νὺξ Μιλτιάδες καὶ Περικλεῖς
Ἐᾶσαι ἀρχεῖν μειράκια κινούμενα
Ἐν τοῖς σφυρῶσι ἕλκοντα τὴν στρατηγίαν.

In Scholiasta cum Valckenario (Diatr. p. 252.), optime de hoc fragmento merito, scripsi Σόλωνι, quamquam non adjuvantibus libris; nam Cod. Leidensis et Apographum Monacense exhibent Γέλωνα; quod recte rejecerunt viri docti. Codicis bomb. fol. 237. et Aug. Κλέωνα plaquit Frommelio et Werfero, qui totius fabulae consilium non videntur perspexisse. Voluit Eupolis cives suos ad meliorem reipublicae gubernandae rationem adducere; quid ergo? redirene potuisse detestabilem Παφλαγόνα, pestem civitatis, cum demagogis patriae studiosissimis? Τί κόθορνος καὶ ῥόπαλον ξυμμιθέτην; Potuit fieri, ut istum poeta omnibus modis execraretur: sed Cleonem ex orco rediisse, nullo pacto mihi persuaderi sinam. Neque probo Elmslejum ad Eurip. Med. p. 146, qui, „scribendum," inquit, „Κίμωνα, nosse stat ex Aristide III. pag. 395." Ubi haec: οὔπω πρίν νυν καὶ περὶ τῆς ἐκείνων πολιτείας, ἕως ἂν μὴ δείξῃς, ὅτι βασιλευόντων τῶν φιλοσόφων, καὶ μόνον ἐφεστηκότων τοῖς πράγμασι, ταῦτ' ἡμαρτήθη, λέγω τοῦ Μιλτιάδου, τοῦ Θεμιστοκλέους, τοῦ Περικλέους, τοῦ Κίμωνος, μηδαμῶς τήν γε φιλοσοφίαν αὐτὴν αἰτῶν. Ex quo loco, sive solum consideres, sive respicias nexum sententiarum, non dico Cimonem, sed vel unum tan-

commodo reliquorum excitatos fuisse, neutiquam emergit. Neque id sequitur ex his locis III. p. 372., 396., 434., 463., 465., 483., 507., 523., ubi perpetuo laudantur Miltiades, Themistocles, *Cimon*, Pericles, quoniam in hac omni oratione id egit Aristides, ut, quas criminationes in Quatuorviros falso contulerat Plato, eas dilueret. Contra Valckenarii emendatio *Σόλωνα*, quam Suevernius quoque recepit, egregie confirmatur (quod Meinekius observavit l. l. p. 48.) Platonii loco supra jam allato: *ἀναγαγεῖν ἱκανὸς ὢν ἐξ Ἅιδου νομοθετῶν' πρόσωπα* —, „vix ille legislatores ab Eupolide excitatos fuisse dicturus, nisi Solonem etiam in iis a poeta commemoratum esse meminisset." Quod ipsos attinet poetae versus, Apogr. Mon. et Cod. Leid. *καὶ μηκέτι ἄναξ*; Aug. *μηκ ἔτ'*; bomb. *μηκέτ' ἄναξ*, unde Valcken. recte *μηκέτ' ὦ 'ναξ*. Apogr. Mon. et Leid. *Μιλτιάδου καὶ Περικλεῖ*, bomb. et Aug. *Περίκλεις*. Scripsi cum Valcken. *Μιλτιάδες καὶ Περίκλεες*, quamquam Elmsl. veretur, ut hi Vocativi ex sola conjectura *Comicis* tribui possint. Quidni enim Eupolidi, cujus praeterea propriam orationis indolem parum cognitam habemus, idem licuerit quod Aristophani, qui Nub. 1297. dixit *μάκαρ, ὦ Στρεψιάδες*? Sciens omitto ipsius Eupolidis versum apud Schol. Aristoph. Pac. 1046.:

*Ἱερόκλεες, βέλτιστε χρησμῳδῶν ἄναξ!*

quo minus recte monet Lobeck. ad Phryn. IV. pag. 641. Elmsleji opinionem refutari; nam est parodia Aeschyli S. c. Th. 39. Elmslejo assentitur Runkel. p. 107.; sed defendit tamen Valckenarium; nam, inquit, *tragicum colorem hic quaesivisse videtur poeta.*

Velim me doceat, quinam sit iste tragicus color, qui versetur in diversa quadam Vocativi forma. V. 2. Apogr. Mon. et Leid. ἐάσατ', quod recepit Valcken., bomb. et Aug. τοῖς σφυροῖν; Apogr. Mon. et Leid. ἐν τοῖσι σφυροῖσιν, bomb. τοῖς σφυροῖν. Jam Elmsleius ludens conjectando versus ita constituit:

καὶ μηκέτ' ἀντὶ Μιλτιάδου καὶ Περικλέους
ἐάσετ' ἄρχειν κ. τ. ἑ.

quod quo jure fecerit, satis ex eo apparet, quod, ut suam tueri possit conjecturam, in superioribus verbis, quae non attulerit Grammaticus, ὅπως fuisse contendit.

## XX.

Photius pag. 267. 18. Μὴ παιδὶ μιχθῆναι· καὶ τῶν εἰκῇ ἐγχειριζόντων καὶ Εὔπολις Λήμοις·

Μὴ παιδὶ τὰ κοινά.

Eadem Suidas II. p. 551.

## XXI.

Herodianus π. σχημ. p. 47. Dind. (Villois. Anecd. II. p. 88.)

Καὶ λέγουσί γε
Τὰ μειράκια προισταμένα τοῖς ἀνδράσιν.

## XXII.

Stobaeus S. 43. p. 163. Grot. Εὔπολις·

Καὶ μὴν ἐγὼ πολλῶν παρόντων οὐκ ἔχω τί λέξω·
Οὕτω σφόδρ' οἰχῶ τὴν πολιτείαν ἐρῶν παρ' ἡμῖν·
Ἡμεῖς γὰρ οὐχ οὕτω τέως ᾠκοῦμεν οἱ γέροντες
Ἀλλ' ἦσαν ἡμῖν τῇ πόλει πρῶτον μὲν οἱ στρατηγοὶ
5 Ἐκ τῶν μεγίστων οἰκιῶν, πλούτῳ γένει τε πρῶτοι

Ὡς ὥσπερεὶ θεοῖσιν χὐχόμεσθα· καὶ γὰρ ἦσαν.
Ὥστ' ἀσφαλῶς ἐπράττομεν, νυνὶ δ', ὅποι τύχοιμεν
Στρατευόμεσθ' αἱρούμενοι καθάρματα στρατηγούς.

V. 2. Meinekius ὑμῖν. Rescribe ἡμῖν propter v. 9. στρατευόμεσθ'. V. 3. recte Grotius οἱ γέροντες pro ὁ γέρ. Opponuntur enim, qui nunc rempublicam gubernant, veteribus demagogis.

## XXIII.

Etymologicum Magnum C. 673. 23.: Εὔπολις·

Τῷ δ' ἂν οἶνος εἴη πολὺς πίσει.

Haec recte revocari ad Δήμους docet Eustath. ad Homeri Od. ζ. p. 1554. 46., ubi futurum πίσει rarissimi usus ex Eupolidis Δήμοις attulit.

## XXIV.

Athenaeus III. p. 123. A. ὅτι γὰρ οἴδασι (veteres) θερμὸν ὕδωρ, Εὔπολις ἐν Δήμοις παρίστησιν·

Τὸ χαλκιόν
Θέρμαινέ θ' ἡμῖν καὶ θύη πέττειν τινὰ
Κίλιν', ἵνα σπλάγχνοισι συγγενώμεθα.

Ita correxit Casaubonus. Vulgo χαλκίειον, θέρμαίνεθ' et τινὰ πέττειν.

## XXV.

Antiatticista p. 79. ἀριστητικός, ὁ ἀριστᾶν εἰθισμένος. Εὔπολις Δήμοις. Cf. Συναγωγὴ p. 377. ἀναρίστητος ὤν (Runkel. p. 103.).

## XXVI.

Suidas et Etymologus v. ἀπῆλθε. Εὔπολις Δήμοις·

A. *Ἀνάδωμεν νῦν ἡμεῖς τούτοις τάσδε τὰς εἰρεσιώνας*
*Καὶ προσαγήλωμεν ἐπελθόντες. Χαίρετε πάντες.*
B. *Δεχόμεσθα.*

Sic fragmentum constitui. Vulgo legitur *τὰς διττὰς εἰρεσιώνας*, quod recte emendavit Porson. ap. Gaisford. ad Hephaest. p. 278. Cf. Elmslej. ad Euripid. Med. pag. 234. Meineckius l. l. et Dobraeus ad Aristoph. Pac. 397. *προσαγήλομ' ἀπελθόντες.* Cod. Dorvill. Etymol. *προσαγήλωμ' ἀπελθόντας*, quod mutavit Hemsterh. ad Thom. Magist. pag. 54. A. *ἀπελθόντες.* Suid. *δεχόμεθα.* Idem *ἐπελθόντες*, quod probo. Ruinkel. pag. 110. ita: A. *Καὶ προσαγήλωμεν ἐπελθόντες.* B. *Χαίρετε πάντες.* A. *Δεχόμεσθα.* Ego satius duxi in interpunctione Porsoniana acquiescere, quamquam de hac re in utramque partem disputari posse nemo ignoro.

---

## XXVII.

Athenaeus VII. pag. 316. C. *Οἱ δὲ πουλύποδα προφέρονται, ἀνάλογον τῷ πούς, ποδός, ποδί, πόδα.* *Εὔπολις Δήμοις·*

*Ἀνὴρ πολίτης, πουλύπους ἐς τοὺς τρόπους.*

## XXVIII.

Athenaeus III. pag. 106. B. *Συνεσταλμένως δ' εἴρηκεν Εὔπολις ἐν Αἰξὶν — καὶ ἐν Δήμοις·*

*Ἔχων τὸ πρόσωπον κοιλὸς μασθλητίνης.*

XXIX.

Photius I. p. 300. *βιβλαρεῦσαι.* καὶ θνίγλαρος κοινωνικῆς διαλέκτου ὄνομα. *Εὔπολις Δήμοις·*

*Τοιαῦτα μέντοι νηλαρεῦσαν κρουματα.*

XXX.

Pollux IX. 6. 58. *Εὔπολις ἐν Δήμοις τὸ νόμισμα λέγων*

*Ἔχω σταθμὴν χρυσοῦ τρισχιλίους.*

XXXI.

Pollux VII. 133. 164. *καὶ μὴν τοι καὶ Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις ἔφη·*

*Ἐνταῦθα τοίνυν ἦν ἐκείνοισιν πιοῦν.*

XXXII.

Suidas v. ἀργύριον I. p. 313. *ἀργυρίδιον, ὡς ἡμεῖς, Εὔπολις Δήμοις·*

*Ἐγὼ δὲ συμψήσασα τἀργυρίδιον.*

Cf. Συναγωγὴ s. v. p. 442., ubi perperam *συμψήσας ἀργυρίδιον.*

XXXIII.

Photius I. p. 267. et Suidas II. 603. v. *νεανισκεύεται·* — *Εὔπολις Λίξιν* (sic recte Meinekius Q. S. I. p. 41. pro *Σφιγξίν*, probante Geelio Bibl. crit. nov. IV. 14.) *ἰδίως* (recte Suid. *ἰδίως δὲ*) *ἐσχημάτικεν τὸ νεανισκεύειν ἐν Δήμοις·*

*Γυναῖκ' ἔχοντα μάλα καλήν τε κἀγαθήν.*
*Αὕτη νεανισκοῦντος ἐπεσύμησε μου·*

Codex Photii γυναῖκες — μᾶλα — καὶ ἀγαθὴν αὐτῆι. Neque vero αὐτῆ, ut Porson. App. in Toup. IV. 460. et Runkel. p. 116., sed cum Suida αὕτη scribendum. Νεανικεῖν (Suid. νεανισκεύοντος, Photius νεανικοῦντος) quod miror Porsono l. l. et Lobeckio ad Sophocl. Ajac. 323. probari potuisse, neque usu ullo neque analogia defendi potest. Neque placet Naekii (Sched. crit. p. 25.) νεανίζοντος, quum praesertim haec mutatio non admodum lenis sit. Mihi longe certissimum videtur, Photium ac Suidam Grammaticos rariore quadam crasi deceptos esse, Eupolin autem scripsisse νεανιοκοῦντος, i. e. νεανιάζοντος.

XXXIV.

Pollux IX. 5. 43. μέρη τῆς πόλεως — πυριατήρια, Εὐπόλιδος εἰπόντος ἐν Δήμοις

Ὅ τι; τὸ πυριατήριον;

*Quem locum quaeris? τὸ πυριατήριον?* Runkel. p. 116. Ὅτι τὸ πυριατήριον. Hemsterhusius: ὅθι.

XXXV.

Antiatticista p. 95. ἐγχώριος ἀνὴρ, ἐγχώριον πρᾶγμα. Εὔπολις Δήμοις. Voce ἐπιχώριον saepius usus est Aristophanes, veluti Nub. 597. ἐπιχώριος ἡμετέρα θεός et ipse Eupolis in Βάπταις (Runkel. p. 103.) de Archedemo: ἐπιχώριός ἐστι καὶ ξένης ἀπὸ χθονός; ἐγχώριον nusquam apud Aristophanem. Distantne haec duo sic ut ἐπίδημος et ἔνδημος?

XXXVI.

Antiatticista p. 98. ἥσθημά, τὴν ἡδονήν. Εὔπολις Δήμοις.

XXXVII.

Antiatticista pag. 99. Θηρίαι δέκοῦσι τὰ ἄγρια λέγεσθαι, ἔστιν δὲ ἡ ἡμίονον πολιτικά. Εὔπολις Δήμοις.

I.

His ita praemissis, verto me ad alteram hujus commentationis partem, lectori exoptatam, mihi jucundissimam, in qua id agendum est, ut, quo vinculo istae conjunctae videantur reliquiae, diligenter expediam, et, si quae obscuriora sint intellectu, accurate illustrem. Ut vero intelligatur, quam ob causam illud fragmentum, quod nobis servavit Harpocratio p. 117., primo loco posuerim, proficiscor a Plutarchi Pericl. 3.: ὁ δ' Εὔπολις ἐν τοῖς Δήμοις πυνθανόμενος περὶ ἑκάστου τῶν ἀναβεβηκότων ἐξ Ἅιδου δημαγωγῶν, ὡς Περικλῆς ὠνόμαστο τελευταῖος,

Ὅ τι περ κεφάλαιον τῶν κάτωθεν ἤγαγες!

Ex quo loco primum apparet, illos Atheniensium principes non una sed deinceps in scenam esse progressos; deinde vero, quum ultimo loco prodierit Pericles, quippe qui ad novissimam aetatem pertineret, facile conjectura possumus assequi, Solonem, maximo temporis intervallo sejunctum ab Olymp. XCII., primum, tum reliquos, justo servato ordine, quod rationi maxime consentaneum est, processisse. Quid tum? Quum his versibus (loquor de fragm. I.) gloriosa cujusdam imperatoris victoria eximia laude ornetur, quumque vocabulum τοῦδε referendum videatur ad eorum aliquem,

qui in scena versabantur, quis est, qui non primo oculorum obtutu videat, id quod etiam Runkelius intellexit, Harpocrationem hos versus sumsisse ex loco quodam fabulae, ubi, praesente Miltiade, sermo inciderat in praeclaram ejus ad Marathonem victoriam? Cui conjecturae, admodum fortasse probabili, si quis arrideat, idem spero mihi non adversabitur ulterius progredienti, et hoc fragmentum ad *Myronidem*[19] deferenti. Qua in re vide mihi insignem Runkelii audaciam, qui unum relatum legeret apud Scholiastam Aristid. pag. 257. Solonem, Miltiadem, Aristidem et Periclem ab Eupolide excitatos fuisse ex inferis: non nisi umbris agendi potestatem facit, sed, vivis omnibus internecinum indicens bellum, ne Myronidi quidem pepercit eumque morti objicit, missis ambagibus. Minus juste. Etenim neque ex hujus fabulae fragmentis neque ex veterum quodam scriptore erui potest, Myronidem ex orco rediisse; quin potius ex fragmento V. id etiam caeco luculentissime apparet, eum ne annum quidem ante mortem obire potuisse, quam nostra fabula commissa est. Quid? Fieri ne potuit, ut, qui vix dum ex Orco ascendisset, de iis rebus referret, quae inter vivos agebantur? Neque vero quemquam ad tantas ineptias abire posse arbitror, ut dicat, Myronidem, hominem blandum et affabilem atque pedibus velocem, reliquis ex Orco excitatis praecurrisse, diligenter omnia exquisivisse, tum revolasse, ut Pericli, si forte ei placeret, multa nova referret studiosissime. Sed de hac re disputanti mihi non omittenda est Stuvernii commentatio de Aristophanis Nubibus, ubi pag. 51: Es schickte sich vortrefflich für eine Person, inquit, wel-

che den Namen des alten berühmten Feldherrn führte, diese Bitte (den unruhigen und liederlichen Bürschlein zu steuern, welche sich um die Feldherrnwürde rissen) an die erstandenen Manen zu richten. Denn bei Plutarch ist richtig *Μυρωνίδης*, nur dass diese Person nicht der alte Myronides selbst sein, sondern nur seinen Namen führen konnte; denn jener war ein früherer Zeitgenosse des Perikles, lange vor ihm in's Todtenreich hinabgestiegen, und in den *Δήμοις* nicht wieder mit ihm heraufgekommen. Ne hoc quidem placet. Ignobilemne hominem, praestantissimi viri nomine praeditum, propterea dignum esse, qui de summa reipublicae salute cum summis viris deliberet? Iste enim alter Myronides ita in hominum ignoratione versatur, ut nemo praeter Scholiastam Aristophanis ejus mentionem fecerit. Nostrum autem Myronidem longe ante Periclem ad infernas migrasse sedes, id mihi habet auctoritatis, nisi Suevernii fiduciam errorem-que: nemo enim de illius morte nos certiores fecit. Ut vero ex vita excesserit, per me licet prius quam in vitium venerit, non repugnabo: nonne, quo jure Aristophanes vivum Euripidem mortuum fecit, eodem Eupolis mortuum Myronidem vivum facere potuit? Sed non est, cur ad hanc arcem confugiamus, quum temporum ratio sit ea, quae meo consilio minime repugnet. Prodit Myronides imperator in bello Corinthiorum contra Megarenses Ol. LXXX. 3. Hinc bellum conflatum est inter Lacedaemonios atque Athenienses, quo illi victoriam reportarunt; frustravit eam Myronides anno sequenti ad Oenophyta.[24]) *Δῆμοι* autem acti sunt Ol. XCII.: ergo octoginta fere annos natum

fuisse hoc tempore Myronidem, cum verisimilitudine conjicias. Itaque, quem tu, Runkeli, Vatiniano odio capitis condemnasti, me judice capitis absolvitur: vivit Myronides; vivit? quin etiam in scenam venit, quamquam exacta jam aetate,[22]) singulos ex inferis redeuntes Choro proposuit, eorumque laudes praedicavit. Quod cur statuam haec habeo. Primum ii versus, qui mihi deinde explicandi sunt (fragm. III.) continent laudem Periclis; hi autem tum pronuntiandi erant, quum primum Pericles prodiret. Deinde quum non sit, cur dubitemus, quin umbrae in scenam prodierint non una, sed ordine perpetuo; et quum Pericles ad Chorum adduceretur, qui testis esset ejus laudationis: probabiliter confici potest, reliquos esse eodem modo introductos. Denique Pericles, quod ex Plutarcho scimus, quaerit ex *Myronide* de filio suo, idque fecit, ut mox videbimus, statim post Chori verba ὅ τι περ κεφάλαιον κ. τ. ἑ. Quid ergo? Quum Pericles, vixdum egressus ex inferis, *Myronidem* appellaverit, atque is sit hominum mos, ut ut ad eum primo se applicent, quocum primum convenerunt: Myronides Periclem et vero etiam reliquas umbras Choro proposuit, atque eos, de quibus nunc agitur, versus recitavit, quum Miltiades prodiret. Neque hoc, si quid video, indignum est Eupolidis ingenio. Finge enim Myronidem justo dolore affectum, quod cives suos prudentes scientesque vidit ad perniciem proficisci ante oculos positam; finge, venerandum senem viros excipientem, quibus Deus dedit, ut, singulari sapientia probitateque insignes, florentem patriae compararent aetatem: jam profecto senties, in hoc, quid posset, ostendisse poetam, ut magnopere dolendum sit, quod fortunae

injuria particulas tantum ex hac scena servaverit. — Qua autem ratione istos ex mortuis excitaverit, certis quidem argumentis demonstrare non possum; suspicor tamen, subito extitisse umbras (ut fit in dramatis Graecorum), sive a Myronide evocatas,[23]) sive etiam sponte sua, et quidem in prima fabula; haud dubie enim primas partes egerunt. — De his quidem hactenus; reliquum est, ut de sensu verborum ὥσπερ μειαγωγὸς ἑστιῶν nonnulla adjiciam. Initium explicandi facio a vocabulo μεῖον, de quo duae extant apud veteres Lexicographos sententiae tam contrariae, ut, utra sit vera, dijudicari vix possit, nisi hic locus lucem quandam afferat. Pollux enim ita III. 52. pag. 293.: τὸ δὲ ἱερὸν τὸ ὑπὲρ αὐτῶν (scl. τῶν παίδων) μεῖον. καὶ μειαγωγεῖν, τὸ εἰσάγειν ἱερεῖον. κέκληται δὲ, ἢ ὅτι ἔσκωπτον ὡς μεῖον τοῦ δέοντος, ἢ ὅτι κεκωλυμένον ἦν πλέον[24]) εἰσάγειν, ὡς μὴ ἀμιλλῶντο, μὴ δ' ἐμπίπτοιεν εἰς ἔριν καὶ ταραχήν. οἱ μὲν γὰρ, οὐδὲν ἧττον ἐφιλοτιμοῦντο, οἱ δὲ ἐπεβόων, μεῖον, ὡς[25]) οὐχ ὑπερβαινόντων αὐτῶν τὸ μέτρον τοῦ νόμου. Aliter Harpocratio pag. 117.: θῦμά ἐστιν, ὃ τοῖς φράτορσι παρεῖχον οἱ τοὺς παῖδας εἰσάγοντες εἰς τούτους. Ἐρατοσθένης δ' ἐν τοῖς περὶ κωμῳδίας φησὶν οὕτως· Νόμου ὄντος, μὴ μεῖον εἰσάγειν ὡρισμένου τινὸς, ἐπισκώπτοντες μετὰ παιδιᾶς πάντα τὸν εἰσάγοντα Μεῖον ἔφασαν εἰσάγειν, ὅθεν τὰ μὲν ἱερεῖα Μεῖον προσηγορεύθη. Μειαγωγὸς δὲ ὁ εἰσάγων. Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς περὶ θεῶν, οἱ φράτορές φησιν, ἵνα μείζονας νέμωνται μερίδας, ἐφώνουν ἑστῶτες ἱστάνειν δεῖν, μεῖον γάρ ἐστι. Scholiastae quoque ad Aristoph. Ran. 810. audiendi sunt, quorum alter: μεῖον δὲ ἐκλήθη ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος. ἔδει γὰρ αὐτὸ ἔλαττον ἔχειν σταθμοῦ

*τινος ἀπὸ τοῦ ὡρισμένου διὰ τοὺς φιλοδοξοῦντας;* —. alter: *ἐὰν τις εἰσάγῃ εἰς τοὺς φράτορας υἱὸν ἐν ἡλικίᾳ γενόμενον, παρίστα αὐτοῖς ἐπὶ ὡρισμένῳ σταθμῷ ἱερεῖον πρὸς ὃν ἐδει προσάγειν, καὶ οὐκ ἐξὴν μεῖον παρασγεῖν. ὅτε δὲ ἐντεῦθεν τὸ ἱερεῖον εἰς τὸν ζυγὸν, περιεστῶτες ἐβόων μεῖον, μεῖον τοῦτο, δῆλον ὅτι ἔλαττον ἐστι.* Similiter Suidas v. *μειαγωγεῖν.* Quid igitur statuendum erit? Quid fuerit *μεῖον* s. *κουρεῖον*, non ambiguum est; sed cur ista victima appellata sit *μεῖον*, de eo magna exoritur dubitatio, quamquam omnes viri docti, nuperrime etiam B. Thiersch. ad Aristoph. Ran. p. 154. (cf. Lobeckii Aglaophamum T. I. pag. 85. not.) in vulgata acquiescunt sententia, ex qua inde nominis originem duxit, quod lanei imponebatur, et qui circumstabant more institutoque majorum clamare solebant *μεῖον μεῖον* i. e. haec victima minoris est ponderis, quam debebat. Quae quidem sententia non prorsus rejicienda est, propterea quod Schol. Aristoph. l. l. haec tradidit: *καὶ ἐπίζημιον τε τοῖς ἥττον εἰσαγοῦσιν ἀπεδέδοτο, καθάπερ αὐτὸς φησιν Ἀριστοφάνης.*

*ἀλλ' εὔχομαι 'γωγ' ἑλκύσαι σε τὸν ζυγὸν,*
*ἵνα μή με προσπράττωσι γραῦν οἱ φράτορες*[26])

quin etiam Aristophanis versus intelligi nequeunt, nisi quodammodo isti assentari volumus sententiae. Sed accuratius contemplemur nostrum locum. Comparantur duces cum meiagogis, Miltiadis victoria cum isto *μεῖον*; itaque hoc sibi voluit Eupolis: Quemadmodum *μειαγωγὸς* non potest nec debet justo graviorem victimam ad epulas afferre, sic ne duces quidem graviorem afferre victimam possunt Marathonia. Ergo li. l. *μεια-*

γωγὸς dici non potest, quia justo minus, sed quia justo plus affert. In hac tanta veterum dissensione nescio, quomodo expressam hujus rei imaginem habere possimus, si unam alteramve sententiam potissimum sequi velimus. Quare in utraque aliquid veri latere opinor, *et istius victimae certum quoddam pondus fuisse constitutum, quo non liceret neque majorem afferre neque minorem.* Quod pondus quum lance explorari deberet, saepius accidit, ut homines aut foeda constricti avaritia aut aliis causis commoti minorem victimam praeberent. Id sentire phratores et clamare: μεῖον μεῖον, hac mente: aliam tu affer victimam, nam haec est justo levioris ponderis. Sed fuerunt etiam, qui ambitionis causa majorem afferrent. Clamare phratores μεῖον μεῖον, sed significatione contraria: victimam oportet esse leviorem; nam justum pondus excedit. Inde factum videtur, ut, quod antiquitus κουρεῖον appellabatur per ludum et jocum μεῖον vocaretur; unde jam apertum est, qui Eupolis et Aristophanes eandem vocem contraria significatione usurpaverint.

## II.

Quemadmodum, ut mox videbimus, Pericles statim post suam laudationem de filio loqui coepit, ita, Myronidis oratione finita, Marathoniae victoriae mentionem fecit Miltiades. Respexit autem poeta Euripidis Medeam v. 396. et 399.:

*Οὐ γὰρ, μὰ τὴν δέσποιναν, ἣν ἐγὼ σέβω*
*Χαίρων τις αὐτῶν τοῦμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.*

In verbis τὴν Μαραθῶνι μάχην praepositio ἐν omissa

est, plane ut in *Πόλεσιν*: *Ὃς τὴν Μαραθῶνι κατέλιφ' ἡμῖν οὐσίαν.* Cf. Vesp. Aristoph. 711. et Elmslej. ad Aristoph. Acharnens. 343. Ceterum hi versus ad *Δήμους* revocati sunt a Valckenario et Elmslejo.

III.

Ex iis, quae de primo fragmento disputata sunt, apparet, hos versus Myronidem recitasse, quum Periclem, reversis jam Solone, Miltiade, Aristide, Choro proponeret. Agamus igitur de singulis.

Veteres Comici, qui vituperare potius quam laudare solebant, quamvis Periclem quoque acerbissimis flagellaverint facetiis, [27]) nunquam tamen extitit, qui *oratorem* Periclem conviciis consectaretur: quin potius maximis iisque justissimis laudibus summam ejus cumularunt eloquentiam. [28]) Cratinus eum maximum fuisse oratorem dicit, qui unquam Athenis floruerit, [29]) et noti sunt Aristophanis versus Acharn. 529.:

*ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλέης ὀλύμπιος*
*ἤστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.*

Maxima tamen laudis praemia ex hoc Eupolidis fragmento petiit, quod tantam celebritatem consequutum est, ut permulti et Graecorum et Romanorum scriptorum id vel respicerent vel imitarentur. Ad eorum numerum adscribendus est Aristides l. l. pag. 340.: *ταῦτα δὲ ἐνθυμηθεὶς, τοὺς δρομέας ἐμιμήσατο, τοὺς ἐκ πολλοῦ τοῦ πρόσθεν αἱροῦντας.* et Lucianus Nigrin. (I. p. 33. ed. Bipont.) *καὶ γάρ τοι κατὰ τὸν κωμικὸν ὡς ἀληθῶς ἐγκατέλειπέ* [30]) *τι κέντρον τοῖς ἀκούουσι,* quod idem Eunapius Maxim. I. p. 47. Wyttenb.: *τοσ-*

αὐξήσας εὐφροσύνη (i. e. venustas orationis) τοῖς χείλεσιν ἐπεπάθητο. Cf. Andeo. I. p. 29. Praeterea Longinus, Themistius, Nonnus, Dionysius aliique, quos enumerare dumet longum est, hos versus in suam rem converterunt. Cf. Wyttenb. ad Plut. l. l. p. 313. (9.). Cf. Interpret. ad Lucian. Hic. Demosth. 20. et Meinek. Qu. Sall. pag. 49. Vt τάχυς λέγειν μὲν quomodo sit intelligendum, docet nos Quintil. Instit. Orat. XII. 10.: „sed summum aggressus in Ulixe facundiam magnitudinem illi junxit, cui orationem nivibus hibernis et copia verborum atque impetu parem tribuit. Cum hoc igitur omne mortalium contendet, hunc ut Deum homines intuebuntur. *Hanc* enim *celeritatem in Pericle miratur Eupolis*; hanc feminibus Aristophanes comparat; haec est vere dicendi facultas." Non autem probandus est Frommelius, qui ita:

*ἑκκαίδεκα ποδῶν θρεῖ τοὺς ῥητόρας*

*Λέγων,*

*Περικλῆς.*

*Ταχὺν λέγεις με.*

*Μυρωνίδης.*

*Ποὺς δ' αὐτοῦ τάχει, κ. τ. ἑ.*

Annotavit haec: „Haec Periclis esse arbitratus, Myronidem ob nimiae praedicatam dicendi celeritatem interpellantis a reliquis sejunxi." Erravit Frommel.: haec enim est loci sententia: Quemadmodum cursores velocitate praestantes contento atque effuso cursu adversarios petunt, consequuntur, superant, etsi serius currendi initium posuerint, ita Pericles praeclara sua atque incredibili eloquentia facile reliquos vicit oratores, quamvis deteriorem causam defendendam susciperet. Quum igi-

tur non celeritas Periclis, sed in universum ejus oratorium ingenium laudetur, non potuit dicere Pericles *κυχὺν λέγεις με*, quo summa hujus loci vis et elegantia evertitur. V. 7. *Τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε.* Hujus versus fortassis rationem duxit Plato Phaed. 91. C.: *ὥσπερ μέλιττα τὸ κέντρον ἐγκαταλιπὼν οἰχήσομαι.* Cave vero Platonem sequaris atque ab apibus opineris metaphoram sumsisse Eupolin: quarum aculeus quum dolores tantum incutiat, id non convenire videtur in Suadam. Neque magis convenit in Periclem, qui solebat optare, ne quid sibi in mentem veniret, quo populus offenderetur.[32]) Imo ab aurigarum stimulo metaphora petita est, quo et incitant et ducunt jumenta quocunque volunt. Ego sic interpretor: id dicendo effecit Pericles, ut non repentinam et fluxam, ut fieri solebat, in audientium animis relinqueret earum rerum memoriam, quas proposuerat, sed diuturnam assiduamque (*ἐγκατέλειπε*, non *ἐγκατέλιπε*) ita ut mente consistere non possent, antequam ejus consiliis obtemperassent.

## IV.

Finita Myronidis laudatione, Chorus, tantam in Pericle admirans eloquentiam dixit:

*Ὅ τι περ κεφάλαιον τῶν κάτωθεν ἤγαγες!*

simul lepidissime spectans illius capitis deformitatem. Namque inter omnes constat, Periclem, ceteroquin maximia corporis dignitate praeditum, tam deformis fuisse capitis, ut multiplicem ridendi jocandique materiam praeberet Comicis.[33]) Quodsi mea conjectura non modo ad verisimilitudinem sed ad veritatem prorsus

addit, vituperandus erit Frommelius, qui, quum istum trimetrum recte Choro tribueret, in eo tamen vehementer a vero aberrasse videtur, quod *interrogantem* fecit Chorum, quidnam sit illud *κεφάλαιον* Myronidemque respondentem: *Κράτιστος οὗτος κ. τ. ἑ.* Nam quum Chorus nesciret, quisnam esset ille, qui ultimo loco prodierat, non etiam, eum maximum esse oratorem, scire potuit; ergo illud *κεφάλαιον*, loci festivitate prorsus remota, nihil potest significare, nisi *capito*. Accedit, quod *ὅ τι περ* non interrogantis est sed graviter loquentis. Vide Fritzschium Quaest. Luc. p. 37. seq. De voce *κάτωθεν* vide Schaefferum l. l. Lobeck. Phryn. p. 128. et Hermannum ad Sophoclis Antigon. v. 517., qui verissime contra Scholiastam contendit, non posse *κάτωθεν* dici pro *κάτω*, sed servare ista adverbia suam sibi propriam significationem; quare in iis locis, in quibus *κάτωθεν* cum *κάτω* commutatum videatur, aut attractionem esse aut aliam dicendi propriam rationem. Attractio est h. l.

## V.

Ita remissis ex inferorum sedibus summis Atheniensium ducibus, Pericles quaerit ex Myronide de filio suo spurio. Haud inepte autem conjicias, has voces primum edidisse Periclem et quidem statim post Chori trimetrum *ὅ τι περ κεφάλαιον. κ. τ. ἑ.* Quam conjecturam ut idoneis argumentis probem, mihi est regrediendum ad illam Solonis legem, [34]) qua sanxit, ne liberi non legitimo orti conjugio in partem vocarentur hereditatis, sed tantum a patris liberalitate munus expetere possent mille drachmarum. Ita quidem exclusi

jure agnationis, non tamen jure civitatis, ideoque ad rempublicam accedere iis licuit.[35]) Cujus edicti terminos primus Pericles protulit, et quemquam posse negavit civitatem impetrare et reipublicae administrandae potestatem accipere, nisi qui esset utraque parente cive.[36]) Quod institutum, justo severius, quum maximas pararet ipsi legislatori calamitates, qui, postaquam tristissima illa pestis, quos ex priore uxore procreaverat liberos, Xanthippum et Paralum, vitae flore absumsit, genuinis orbatus erat filiis: hanc Periclis miseriam lenire ejusque desiderium filiorum explere conabantur eo, quod nothum istum, quem ex Aspasia habuisse Plutarchus dicit, in phratrias receperunt eique nomen Periclis imposuerunt.[37]) Quid mirum, Periclem singulari quodam et anxio amore hoc amoris pignus esse prosequutum ejusque memoriam ne apud inferos quidem potuisse exstingui, quum in hoc uno omnem spem reposuisset? Quid mirum, Periclem, in terram reversum, maxime ad filium adjecisse animum acerrimeque exspectasse temporis opportunitatem, ubi de eo certior fieret, vehementer timens, ne hic quoque fortunae iniquitati succumberet? Neque vero quemquam arbitror extiturum, qui eo offendatur, quod Periclis interrogatio repugnet nexui orationis. Etenim in hoc ipso ejus sollicitudinem et paternam anxietatem egregie depinxit Eupolis, quod eum nihil curantem facit neque Myronidis laudationes neque Chori facetias, sed statim eam, quam animus jussit, ineuntem dicendi rationem. Denique, ut rem perficiam, id quoque non praetermittendum est particulam δέ (ὁ νόθος δέ μοι ζῇ;) posse dubitationem afferre meae sententiae. Quam dubitationem ita

mihi videor remoturus, ut dicam, in particula *δέ* latere sententiam fere ejusmodi: noli diutius laudatione tua meam augere sollicitudinem, sed fac ut dicas, num filius meus sit inter vivos.[38]) Simili modo nos diceremus: *aber* lebt *denn* mein Sohn noch? — Haec explicata sunt, satis, ut arbitror, diligenter: venio nunc ad Myronidis verba *καὶ πάλαι. — κακόν*, quae quum haud parva premantur difficultate, tamen a nullo, quod sciam, virorum doctorum explicata sunt. Equidem, quamquam, quae adhuc mecum commentatus sum, mihi ipsi nondum satis probari fateor, non tamen dubitavi vel nunc meam de hoc loco sententiam cum viris doctis communicare, sperans, fore ut aliquid certe luminis rerum obscuritati afferam. Id primum sine ulla dubitatione affirmaverim, nunquam nos praeclaram hujus loci festivitatem esse percepturos, si omnia velimus ad vivum resecare: quod quum per se sit odiosum, tum in Comico scriptore explanando maxime est detestandum. Arbitror autem, duas potissimum res sibi proposuisse Myronidem, primum, ut mitiore quadam ratione Pericli significaret filii mollitiam; deinde ut ipsius Periclis perstringeret furorem amoris,[39]) lepideque attingeret Aspasiam, cujus tam eximia fuit venustas et gratia singularis, ut quum ceterorum virorum tum maxime Periclis animum caperet eumque ad consilia abriperet ita temeraria, quae ipsi non minus quam reipublicae calamitates afferrent maximas.[40]) Hanc turpem atque sapienti viro indignam obedientiam meretriciis illecebris praestitam expressit poeta verbis *τὸ τῆς πόρνης κακὸν*, ut totius loci sententia fere haec sit: Jamdudum tuus nothus vir factus fuisset; sed tuo exemplo edoctus,

quam perniciosa sint viro meretricum blanditamenta, vehementer timet, ne iisdem ac tu, amoris compedibus misere teneatur: in quod discrimen ne incidat, nunquam vir fiet. Ceterum etsi obscurissimus est hic locus meaque interpretatio incerta, tamen τῆς πόρνης omnino pertinet ad Aspasiam. Ita Hesychius v. προβατοκάπηλος· οὕτω κωμῳδεῖται Λυσικλῆς, προβατοκάπηλος, γήμας Ἀσπασίαν τὴν πόρνην. Scilicet Aspasia κατ' ἐξοχήν Athenis dicebatur ἡ πόρνη.

VI.

Post illa Myronidis verba nonnullos versus desideramus, qui quid habuerint argumenti, ex hoc fragmento apertum est ad intelligendum. Ut rem quam paucissimis absolvam, Myronides aut sponte, aut, quod magis probaverim, Pericle efflagitante accuratius uberiusque de isto filio exposuit; ex quo quum pater cognosceret filii nequitiam, dolore et ira incensus hunc in modum queri coepit. Quum vero κριός non solum dictus fuerit, qui insolentem se praeberet atque petulantem, sed etiam, quod Zenobius tradidit, de ingratis usurpari solitum sit, 41) inde liquet, Myronidem descripsisse istum maxime Periclis dissimilem et nullo modo ejus amoris memorem. — De vocabulo νεοττός, quod κατ' ἐξοχήν dicitur de pullis avibus (II. II, 311.; IX, 323.) vide Valcken. Herod. III, 109.

VII.

Quum sermo incidisset in filium omnino patris dissimilem, inde Comicus occasionem sumsit Hippocratis quoque filios perstringendi, qui itidem degenerassent κοὐδαμῶς τοῦ σοῦ τρόπου. Quisnam fuerit Hip-

pocrates ille, in tanto eorum numero, qui idem nomen dederunt (cf. Suid. v. Ἱπποκράτης) non ad liquidum perduci potest, nisi forte intelligi debet is, quem Thucydides libro IV. 69. 95 et alibi commemoravit. Isti filioli saepius carpebantur a Comicis. Aristophan. Nubb. 999.:

εἰ ταῦτ', ὦ μειράκιον, πείσει τοῦτῳ, νὴ τὸν Διόνυσον
τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν ἐξεῖς καί σε καλοῦσι βλιτο-
μάμμαν.

Thesmophor. 273.:

Εὐριπίδης.
ὄμνυμι τοίνυν αἰθέρ', οἴκησιν Διός.
Μνησίλοχος.
πῶς μᾶλλον, ἢ τὴν Ἱπποκράτους ξυνοικίαν;

Idem fecisse videtur Aristophanes in Agricolis et in Triphalete. Suid v. τοῖς Ἱπποκράτους: — καὶ τάχ' ἂν ἦσαν προκέφαλοί τινες, ὡς ἐν γεωργοῖς καὶ ἐν τριφάλητι. Huc fortasse pertinet Cratini versus apud Eustathium ad Il. I. p. 768. (p. 16. Runkel.).

ὁ δ' ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ βῆ λέγων βαδίζει.

ubi Eustathius vocabulum βληχὴ a βῆ derivatum vult, ut sit ὁ τοῦ βῆ ἦχος. Cf. Aristoph. Plut. 293. Vesp. 579. Athenaeus III, 17. p. 96. F. ita: Μήτρα ἑξῆς ἐπεισηνέχθη, μαστροπαλίς τις ὡς ἀληθῶς οὖσα καὶ μήτηρ τῶν Ἱπποκράτους υἱῶν, οὓς εἰς ὑωδίαν κωμῳδουμένους οἶδα. Cf. Photii Lex. p. 558, 18.

VIII.

Jam propius poeta accedit ad id, quod consequi voluit: perstringit malos, qui tum temporis pestem ma-

chinabantur, oratores. Vituperare autem licentiam concionum, tantum abest ut abhorruerit a proposito poetae, ut nullo modo id praetermitti potuerit. Afficiebantur enim, quemadmodum antiquitus vates, ita nunc oratores divinis prope honoribus, ut facile intelligitur, qui factum sit, ut solae Athenae magis floruerint eloquentiae laudibus, quam universa Graecia. Atque fuit hoc institutum ejusmodi, ut populo maximus comparare deberet utilitates,[42]) si viri ad dicendum surgerent bene prospicientes civitati; et si quis est, qui Athenienses dicat magnam partem huic ipsi instituto suam debere auctoritatem, is suo jure hoc videtur contendere. At in tanta Atheniensium mobilitate ab oratoribus vel pessimis ad exitiosa quaeque adducebantur, ut recte dixerit Cic. pro Flacco 7.: „Illa vetus Graecia, quae quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc uno malo concidit, libertate immoderata et concionum licentia.“ Ad hanc rem igitur referri debent fragmenta VIII—XI., quae mihi nunc sunt ordine perpetuo illustranda. Proficiscor ab Aristophanis Lys. v. 391. seq. ex quo loco non solum, quo tempore hanc Eupolis fabulam docuerit, sed etiam, cur Demostratus dictus sit ἀδικούμενος, luculenter apparet.

ἔλεγεν δ' ὁ μὴ ὥρασι μὲν Δημόστρατος
πλεῖν ἐς Σικελίαν· ἡ γυνὴ δ' ὀρχουμένη
αἴ αἴ Ἄδωνιν φησίν. ὁ δὲ Δημόστρατος
ἔλεγεν ὁπλίτας καταλέγειν Ζακυνθίων·
ἡ δ' ὑποπεπωκυῖ' ἡ γυνὴ 'πὶ τοῦ τέγους
κόπτεσθ' Ἄδωνιν φησίν. ὁ δ' ἐβιάζετο
ὁ θεοῖσιν ἐχθρὸς καὶ μιαρὸς Χολοζύγης.

Intelligis, eodem quo Aristophanem, tendere Eupolin.

Ἀδημοίμητος appellatur Demostratus propter mulierem, quae eum interpellavit concionantem: unde ex Buzyge factus est Χολοζύγης. Sensus est igitur hic: quid latras, uti Buzyges furibundus, muliere ei mediam intercipiente orationem? Quum vero usitatus sit atque frequentatus Conicorum mos, ut res paullo ante gestas in suam rem converterent, quumque non sit verisimile, Eupolin repetiisse obsoleta atque decantata: id quoque argumento est, Δήμους in lucem prodiisse Ol. XCII, 1., quo anno etiam Aristophanis Lysistrata acta est. [43]) — Ceterum Demostratus *Buzyges* appellatur, quia oriundus erat e nobili gente Βουζυγία, quae nomen duxit a Buzyge quodam, qui omnium primus junctis terram arasse bobus credebatur. Hesychius: Βουζύγης, ἥρως Ἀττικὸς, ὃ πρῶτος βοῦς ὑπὸ ἄροτρον ζεύξας· ἐκαλεῖτο δὲ Ἐπιμενίδης. Suidas: Βουζύγης, ὁ Ἡρακλῆς. [44]) Ex Plutarchi Alcibiade 18. et Nicia 12. non minus quam e Lysistrata l. l. patet, Demostratum maxime ad Siculam expeditionem inflammasse populum idque dedisse consilii, ut tres qui creati erant duces tam in apparando quam gerendo bello imperium exercerent nullis legibus circumscriptum. Inter Demagogos refertur a Valckenario Diatr. cap. XXIII. [45])

## IX.

Verto: Num orator, qui vere dici possit, inter eos versatur, quorum quidem est ad populum dicere, quippe demagogorum? Minime; nam Buzyges (at quam nullus orator!) nunc primum locum tenet! Compara versum ex parabasi Nubium 528.:

ἐξάτου γὰρ ἐνθάδ' ὑπ' ἀνδρῶν, οἷς ἡδὺ καὶ λέγειν.

Illud ἀλιτήριος triplici modo potest explicari. Aut enim, quod vero proximum videtur, eo respexit Eupolis, quod Demostratus, quum Athenienſibus commendaret Siculam expeditionem, nihil curavit mulieris ἀῖ Ἄδωνιν, *quod erat infausti ominis*, imo verum etiam perrexit, eoque populum induxit, ut iniqua asperitate a Zacynthiis, qui sua utebantur libertate, milites conscriberent. Erat igitur θεοῖσιν ἐχθρὸς καὶ μιαρός. Suidas: ἀλιτήριος, ἀνόσιος, ὁ ἀνεχωρημένος καὶ ἀπόμακρα καὶ ἐξηλαγμένος τοῦ θεοῦ. Alteram explicationem repeto ex Thucydide I, 126, ubi de piaculo Cyloneo loquutus haec addidit: καὶ ἀλιτήριον τῆς θεοῦ ἐκείνοι τε ἐκάλουν καὶ τὸ γένος τὸ ἀπ' ἐκείνων, quod in nostram Buzygen cecderit. Huc refert Aristoph. Equit. v. 445:

ἐκ τῶν ἀλιτηρίων σε φημι γεγονέναι τῶν τῆς θεοῦ

Postremo tertia, quae minoris momenti est, nititur eodem Thucydide VIII, 1.: ἐπειδὴ δὲ ἔγνωσαν (cladem Siculam), χαλεποὶ μὲν ἦσαν τοῖς ξυμπροθυμηθεῖσι τῶν ῥητόρων τὸν ἔκπλουν, ὥσπερ οὐκ αὐτοὶ ψηφισάμενοι. ὠργίζοντο δὲ καὶ τοῖς πρεσβυτέροις τε καὶ μάντεσι, καὶ ὁπόσοι τι τότε αὐτοῖς θαρσύνοντες ἐπήλπισαν, ὡς λήψονται Σικελίαν, ut igitur Demostratus ἀλιτήριος appelletur *ex mente populi*. — Quam paucissimis adhuc absolvam Frommelli opinionem, qui hos versus referri jubet ad Myronidis orationem, qua salutarat advenientem Periclem (fragment. III.) Male. Nam quod Aristides ista conjunxerit, nihil facit ad ejus stabiliendam sententiam; praeterea utriusque

fragmenti indoles prorsus diversa est; denique Myronidja versus ita sunt comparati, ut si quid iis adjicias, summum pondus gravitasque verborum καὶ μόνος ἐν τῷ ὑπόφωνον τὸ ἄκυρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις omnino necesse sit debilitetur.

X.

Post Runkelium p. 167, 168. hoc fragmentum sine ulla dubitatione ad Δήμους retuli, et propter sententiam, quae mire quadrat in hanc scenam, et propter verba Scholiastae: ἅμα δὲ καὶ τὸ παλίμβολον τῶν Δήμων ἐσήμανεν, in quibus illud quoque observo, quod παλίμβολος, quae est vox Atticis usitata (vide Menandrum p. 155. Mein.) ex loco quodam hujus fabulae desumtum videtur. Sunt autem hic intelligendi aut oratores aut duces. Quodsi duces intelligere mavis, non est cur versus referre nolimus ad Siculam expeditionem, cui plures praeerant duces maxime inter se dissidentes. Tum φεύγωμεν optime quadrat in Niciam, πρεσβεύωμεν in Demosthenem.

XI.

Hoc fragmento, quod ad Δήμους retulit Runkelius, Phaeax dicitur orator, cui semper res, nunquam verba desint: quod quidem, si Scholiastae Aristophanis [47]) et Suidae fides habenda, justo est acerbius dictum. Aristophanes ita Equit. 1374.:

τὰ μειράκια τουτὶ λέγω, τὰν τῷ μύρῳ,
ἃ στωμυλεῖται τοιαδὶ καθήμενα·
„δεξιός ὁ Φαίαξ καὶ σοφῶς ἐμάνθανε
„ξυνερκτικὸς γάρ ἐστι καὶ περαντικὸς

„καὶ γραμματικὸς καὶ σαφὴς καὶ κρουστικὸς καταληπτικός τ' ἄριστα τοῦ θορυβητικοῦ."

Eum legatum missum esse in Italiam et Siciliam, Thucydides [48]) memoriae prodidit. De constructione ἀδυνατώτατος λέγειν inspicias Fritzschii Comment. de Aristophan. Acharnens. pag. 17. Cum versu nostro, quem etiam Gellius attulit 1, 15., compara Sallustii *loquax magis quam facundus* et *loquentiae multum, sapientiae parum*. Aristides III. p. 216.: ὁ τοίνυν Περικλῆς τοσοῦτο νικῶν, καὶ τοσαῦτα πράττων, λαλεῖν μὲν ἥκιστα, λέγειν δὲ εἰκότως ἐνομίζετο.

## XII. et XIII.

Quae adhuc scripsi, mihi videntur aut vera esse aut ad veritatem prorsus accedere: venio nunc ad eos versus, qui diu multumque meditantem me tandem eo induxerunt, ut spem de iis certi aliquid proponendi prorsus abjicerem. Odi nimirum conjecturas, gentem levissimam; at quum de duobus his fragmentis aut plane sit conticescendum aut incertae periculum faciendum conjecturae: nolui meam reticere opinionem, non quasi sim οὐ λέγειν δεινός, ἀλλὰ σιγᾶν ἀδύνατος eosque sequar, qui sibi ignoscunt quae in aliis vituperant, sed ut lectores, si quos meus suscepti operis amor invenerit, ad acrius investigandum cohorter. Itaque conjicio, Eupolin, posteaquam ea ad exitum perducta est scena, qua malos oratores perstrinxit, ad proprium transiturum fabulae consilium initium sumsisse ab eo, ut Chorum, cui hi, quos conjunctim tractandos putavi, trimetri sunt restituendi, vividissimis coloribus depingentem faceret iniquam reipublicae conditionem, quum

tamen eadem fortuna, qua gavisi sint temporibus Solonis, Miltiadis, Aristidis et Periclis adhuc frui possent Athenienses, si minus indulsissent suae levitati ambitioniquae, neque succubuissent profligatorum hominum exitiosae auctoritati. Dicet fortasse quispiam: pulchre suades! Chorumne, quem ex Δήμοις compositum fuisse a te ipso confirmatum est, suam ipsius levitatem ambitionemque esse detestatum? Dico ego, Atheniensium populum post tantas in Sicilia acceptas clades jam ipso Olympiadis XCI. anno primo consideratius egisse intellexisseque, se non posse appropinquantem a patria depellere occasum, nisi fidelissimo prudentium virorum parerent consilio. Tu evolve Diod. Sic. XIII, 34.: *Διόπερ ὁ δῆμος ἀθυμήσας ἐξεχώρησεν ἑκουσίως τῆς δημοκρατίας· ἑλόμενος δὲ ἄνδρας τετρακοσίους, τούτοις τὴν διοίκησιν ἐπέτρεψε τῶν κοινῶν.* Confer Thucyd. II, 65; VIII, 1. Quare libenter equidem in ejus partes transeam, qui existimet, Chorum, deplorata fortunae varietate et profecto etiam temeritate populi, veterum demagogorum implorasse misericordiam ab eorumque singulari sapientia exspectasse, ut ad pristinum splendorem revocaretur respublica (*ἀναβλυστονῆσαι καὶ χλοῆσαι τὴν πόλιν*). Deinde vero, si, quod certissimum est, id muneris delatum erat demagogis, ut non solum quae errassent Athenienses in reipublicae administratione, vituperarent, sed docerent etiam, quomodo reipublicae modus emendari deberet: id profecto facere non potuerunt, nisi, qui esset rerum status, intellexissent. De hoc vero qui potuit melius exponere quam Chorus i. e. ipse populus? Convenit praeterea in fragmento XII., quod ad Siculam cladem spectare arbi-

tror egregie tam pluralis *ποθοῦμεν* quam verba *ἡ κλεινὴ πόλις* in Chorum. — Sunt ista dubia, ut dixi, fortasse etiam prorsus falsa: attamen spero me certe non ineptias obtrusisse Eupolidi, neque quemquam me rite comparare posse cum Runkelio, qui pag. 158. Eupolidis versum a Plutarcho servatum De discrim. am. et adult. l. 1. p. 206. Wyttenb.

*τῶν περὶ τάγηνον καὶ μετ' ἄριστον φίλων*

quem Meinekius Q. S. I. pag. 55. e *Κόλαξι* suntum arbitratur, ad *Φίλους* referre maluit propter vocabulum *φίλων*.

XIV.

Chorus itaque implöravit misericordiam veterum demagogorum; en benignam responsionem demagogi nescio cujus *λέγ' ὅτου πιθυμεῖς, κοὐδὲν ἀτυχήσεις ἐμοῦ*. Sic in Aristophanis Nubibus Chorus respondet Strepsiadi:

*Λέγε νῦν ἡμῖν, ὅ τι σοι δρᾶμεν θαῤῥῶν, ὡς οὐκ ἀτυχήσεις.*

XV.

„De sensu ipso nihil certi scio," ait Runkel. pag. 114. Mihi sub verbis quidem clara subjecta videtur sententia; nam *λόγος ἐν κύκλῳ* est sermo, quo de re universa, non de singulis exponitur (cf. *ἐγκυκλοπαιδεία*), unde sequitur, verba *διὰ τῶν χωρίων* plane id significare quod nos dicimus: in die einzelnen Felder gehen. [49]) Sed de dispositione hujus fragmenti dubitari potest. Ego duas propono rationes. Aut enim Chorus haec dixit, posteaquam speciem quandam et formam

adumbravit perversae administrationis reipublicae, atque nunc singula aggressus ostendit, quid perverse egissent Athenienses sive in creandis ducibus sive in nimia profusione aerarii sive in aliis rebus permultis; aut Myronides, qui cum veterum quodam demagogorum de constitutione reipublicae privatim deliberaret. — Ex malis minimum elige.

## XVI.

Haec profecto ei sunt restituenda, qui dixerat: φράσω δέ σοι τὸ πρᾶγμα διὰ τῶν χωρίων. Loquitur enim jam διὰ τῶν χωρίων et vituperat Athenienses, quod iis quidem praemia concedant, qui corporis exercitatione excellant, graves autem et reipublicae studiosos cives plane negligant, comparatione institutal inter cursum honoris et gloriae in republica cum λαμπαδηφορίαις illis. Δραμὼν enim pertinet ad certamina curulia lampadum in Ceramico Minervae, Vulcano et Prometheo institui solita, [50]) βαλὼν autem, quod substituit Grammaticus, ad Cottabi ludum, ut videtur. [51]) Plane non dubito, quin in Eupolide sermo sit de λαμπαδηφορίαις illis; testantur enim πρῶτος δραμῶν, appellatio haud dubie solemnis: sic vicissim Schollasta ad Ranas 1125. (1086.) τοὺς ὑστάτους τρέχοντας. Ac gravissimus est hic locus, quippe in quo solo praemium certaminis, fortasse non unicum, sed aliquod profecto allatum sit, τὸ χειρόνιπτρον. Χειρόνιπτρον, quo verbo Eupolis etiam in Κόλαξιν usus est (pag. 131. Runkel.) falso explicat χειρόνιπτρα· τὸ κατὰ χειρὸς ὕδωρ. Designat enim hic *pelvim*, non aquam ad abluendum vel lavandum.

## XVII.

Hi versus haud dubie e parabasi sumti sunt, docente metro, et pertinent ad nefarium quendam imperatorem. Perpende verba *προστρόπαιον τῆς πόλεως* atque fragment. XXII. v. 8. *στρατεύόμεσθ' αἱρούμενοι καθάρματα στρατηγούς*, quamquam argutias jacientem et omnia in dubium incertumque revocantem non sustineo minimeque eum impedio, quominus propter verbum *τετριγότα*, quod in malos poetas cadere possit, Eupolin adversarium quendam in malam rem abire jussisse. Veruntamen *τετριγότα* haud dubie referendum est eo, quod barbarus fuerit ille nescio quis. Photius 178. 22.: *κρίζει. τρίζει ἀπαχθὲς καὶ μιαρόν.* In Aristophanis Ran. 695. egregia est Seidleri conjectura: *Θρῃκία χελιδὼν | ἐπὶ βάρβαρον ἑζομένη πέταλον | κρίζει δ' —.* Male Runkel. p. 113. Hesychii glossam *προστρόπαιος, μιαρὸς; αἵματι μεμιασμένος* refert ad Eupolin. Comicus enim de aliis sceleribus loquutus fuerat. Haec glossa potius pertinere videtur ad Aeschyli Eumenid. v. 41.: *προστρόπαιον αἵματι στάζοντα χεῖρας*, — ibid. v. 176. et 423. — De *ὀξυθυμίοις* vide Photium I. pag. 340., ubi hujus loci meminit.

## XVIII. et XIX.

Damasiae nemo veterum historicorum mentionem fecit[52]) Laespodias bis commemoratur Thucydidi[53]) saepissime Comicis. Audi Scholiastam l. l.: *μέμνηται δὲ αὐτοῦ Φρύνιχος ἐν Κωμασταῖς ὡς πολεμικοῦ γεγονότος. Φιλόριος δὲ ἐν ταῖς Πλυντηρίαις ὡς Φιλαδί-*

*κον. ἔχει δὲ καὶ περὶ τὰς κνήμας τινὰς αἰτίας, ὥς φησι Στράτων ἐν Κινησίᾳ, διὸ καὶ κατὰ σκελῶν ἐφόρει τὸ ἱμάτιον ὡς Θεόπομπος ἐν Παιᾶσι.* Theopompum adjuvat Aristophanes Avv. 1556.:

*τί ὦ κακόδαιμον; Λαμποδίας εἰ τὴν φύσιν;* [54])

*Δένδρα* autem vocantur Laespodias et Damasias ob proceram staturam ut Aristoph. Avv. 1475.: *ἔστι γὰρ δένδρον πεφυκὸς | ἔκτοπόν τι, καρδίας ἀ— | πωτέρω Κλεώνυμος.* Constat istum Cleonymum fuisse *ἄνδρα μέγαν καὶ τετράπηχυν.* Id quamquam apertum est ad intelligendum, induxit tamen J. Vossium ad Catull. p. 235. in errorem, qui istos cum duabus arboribus, Xerxis vite et platano, comparatos credit, quia persicis usi sint sarabaris. Taedet refellere has argutias. Nam quodquod fuerit illud vitium, quod in cruribus habebant, num gavisi sint pedibus, quibus meles ingrediuntur, an iis, qui in modum acinacis sunt incurvati, an denique excelluerint tantum crurum gracilitate, ut hodieque permulti: dicit poeta, homunculos istos male niti pedibus, quod apparet ex verbis *αὐταῖσι ταῖς κνήμαισι*, i. e., *una cum.*[55]) Recte vero observes, nomen *Laispodiae* (*λαι-σποδέω* i. e. *βινέω*) mire convenire cum summa ejus libidine Venerea; [56]) neque minus insignita est etymologia *Damasiae* nominis. Unde fortassis probabiliter conjicias, Laispodiae nomen fuisse ignominiosum magis quam verum, et sub Damasia latere eorum quendam, penes quos summa post expeditionem Siculam erat potestas. Noti sunt Phrynichus, Aristarchus, Pisandrus, alii.[57]) — Non praetermitto Archilochi versus ab hoc loco minime alienos:

οὐ φιλέω μέγαν στρατηγὸν οὐδὲ διαπεπλιγμένον
οὐδὲ βαστρύχοισιν — ⏑ οὐδ' ὑπεζωσημένον
ἀλλά μοι μικρός τις εἴη καὶ περὶ κνήμας ἰδεῖν
ῥοικὸς, ἀσφαλέως βεβηκὼς ποσσὶ, καρδίης πλέως.

quibus subjungo Apollodori fragmentum:

φύλην ὅλην πόλιν τε μαλακὸς ἀνατρέπει.
ἐπεὶ κατὰ μέρος τὰς πόλεις, ὦ φίλε Θέων
ὑπὸ λαισποδιῶν ὅσαι εἰσὶν, ἀνατετραμμέναι
σκόπει· νεῶν δὲ κατάλογον δόξεις μ' ἐρεῖν.

Quae in secundo fragmento videntur obscura, mox fient clariora. Jam enim eo res pervenit, ut mihi ratio reddenda sit eorum, quae me impulerint, ut has particulas artiore quodam vinculo cohaerere significarem. Id primum manifesto apparet, Laespodiam et Damasiam aliquem in scenam progredientem esse sequutos. Intelligis etiam, Chorum quidem dixisse de rebus ad rempublicam pertinentibus et orasse demagogos, ut suo concilio subvenirent rerum perturbationi, nondum tamen versatum esse in vituperandis belli ducibus. Apparere subito Laespodias et Damasias, quibus conspectis eorumque nequitia in memoriam revocata Chorus protenus dicere: καὶ μηκέτ' κ. τ. λ., i. e. nolite ea solum, de quibus modo exposui, in melius convertere, *sed deinde etiam* hos nequissimos homines a summo imperio depellite. Tum particula καὶ *est pergentis in narrando*, quo simul refellitur Elmslejus qui de his versibus aliquid deesse suspicatus est. Dubitari etiam nequit, et quin μειράκια κινούμενα sint illi ipsi duces, qui se corrumpendos tradiderint spurcis libidinibus; et quin imperatoria dignitas comparetur cum onere quodam, cui non pares sint isti, quippe

qui se ipsos vix pedibus sustineant: quia de causa non jam gerant illud onus, sed trahant enervati, cum maxima crurum intentione. Continetur ergo haec fragmenta quasi cognatione quadam, ut ullo modo neque Suevernium sequi possim, qui quum ita fere diceret l. l.: — das von dem Scholiasten zum Aristides erhaltene Fragment aus den *Δήμοις*, worin Miltiades und Perikles gebeten werden, den unruhigen (?) und liederlichen Bürschlein zu steuern, *welche sich um die Feldherrnwürde rissen, leidet eine ungezwungene (?) Beziehung auf Alkibiades und seinen Anhang*: neque quaquam videtur eximiam verborum ἐν τοῖς ὀφυρροῖς τῶν ἀτρακτηρίων indolem perspexisse, neque Valckenaerum, qui non satis expressam de h. l. effigiem habuit, quum luxuriosos intelligeret adolescentulos, qui *tunicas imperatorum non in mente haberent, ergo in pedum malleolis repositos*. Etiam is locus quem Dobraeus Advers. pag. 442. laudat ex Demosthenis de Legat. male gesta (IV. 401. Bekker.) *Αἰσχίνης δὲ τῆς ἀγορᾶς πορεύεται ἀτιμάζων καθεῖς ἄρτι τῶν ἀστραγάλων* — nihil facit ad hunc locum illustrandum: at Aristophanem illustrat Ran. 1556.

## XX. et XXI.

Hi quoque versus, quantum quidem ex verbis licet colligere, vicinitate quadam attigisse videntur eos, qui proxime praecedunt. Illud vero μὴ παιδὶ τὰ κοινά ad adolescentulos istos, quales fuerunt Hippocratis filii, bene cum Meinekio potest referri, caditque dictum maxime in umbram aliquam, veluti Periclem. Alterum fragmentum, quod verissime Meinekius *Δήμοις* restituit

(omisit enim fabulae titulum Herodianus) itidem defero ad demagogum quendam. Perpende verba καὶ λέγουσί γε. Nempe audierat Chori verba καὶ μηκέτ' κ. τ. ἑ. atque hanc sententiam repetiit, fortasse colloquutus cum aliquo, qui tum, quum ista Chorus dicebat, non aderat. Quum vero Chorus Miltiadem appellaverit et Periclem, alter horum, ut videtur, isto modo loquutus est. Recte vero ex utroque fragmento colligas, Eupolin id quoque consilii dedisse, ut, qui ad rempublicam accedere vellent, id assequi non possent nisi aetate matura, quum adhuc juveni cuique levissimo imperitissimoque non raro cedere deberent viri tam virtute quam meritis insignes. Vide Schoemannum de Comitiis p. 105. seq.

## XXII.

A Meinekio haec ad Δήμους revocata sunt: quo nihil certius fingi potest. Posteaquam enim veteres demagogi, quis esset rerum status, probe cognoverunt, *Pericles*, quippe disertissimus omnium, et reipublicae gerendae scientissimus, pro reliquis loqui coepit, fassus, se nescire, a quanam re initium caperet: tantam esse molem earum rerum quae vituperari deberent, tantam sui doloris gravitatem. Redit in memoriam feliciorum temporum, ubi nobiles duces, quibus divinos haberent honores, exercitui praeerant: at nunc jam Cleones, Laespodias, labem et eluviem civitatis, clavum reipublicae tenere.[58]) Ex versu 4. (πρῶτον μὲν) apparet, Periclem non modo duces, sed reliqua etiam, quae Chorus proposuit, reprehendisse. Cum fructu contendes Isocrat. de Pace II. 204.: τὸ δὲ πάντων σχετλιώτα-

*τον· οὓς γὰρ ὁμολογήσαιμεν ἂν πονηροτάτους εἶναι τῶν πολιτῶν, τούτους πιστοτάτους φύλακας ἡγούμεθα τῆς πολιτείας εἶναι.* Simillimum locum apud Aristophanem invenies, Ran. 727. s.

*Τῶν πολιτῶν θ' οὓς μὲν ἴσμεν εὐγενεῖς καὶ σώφρονας*
*ἄνδρας ὄντας καὶ δικαίους καὶ καλούς τε κἀγαθούς*
*καὶ τραφέντας ἐν παλαίστραις καὶ χοροῖς καὶ μουσικῇ*
*προσελοῦμεν· τοῖς δὲ χαλκοῖς καὶ ξένοις καὶ Πυῤῥίαις*
*καὶ πονηροῖς κἀκ πονηρῶν εἰς ἅπαντα χρώ-*
*μεθα*
*ὑστάτοις ἀφιγμένοισιν, οἷσιν ἡ πόλις προτοῦ*
*οὐδὲ φαρμακοῖσιν εἰκῇ ῥᾳδίως ἐχρήσατ' ἂν.*

ubi Scholiasta profert haec: *φαρμακοῖσιν*] *καθάρμασι· τοὺς γὰρ φαύλους, καὶ παρὰ τῆς φύσεως ἐπιβουλευομένους, εἰς ἀπαλλαγὴν αὐχμοῦ ἢ λιμοῦ ἢ τινος τῶν τοιούτων ἔθυον, οὓς ἐκάλουν καθάρματα.* Jam melius senties. vim fragmenti superioris

*ὃν χρῆν ἔν τε ταῖς τριόδοις κἀν τοῖς ὀξυθυμίοις*
*προστρόπαιον τῆς πόλεως καίεσθαι τετριγότα.*

In istis enim triviis festo Thargeliorum pro salute reipublicae homines nequam tamquam victimae piaculares cremabantur, [59]) unde satis patet, *προστρόπαιον* h. l. idem significare quod *κάθαρμα* sive *φαρμακόν.*

## XXIII. XXIV. et XXV.

Ut magis etiam commoverentur spectatorum animi, sacrificia facta sunt; quae qualia fuerint ex iis apparet, qua supra a me disputata sunt. Tria ista huc spectant fragmenta, quorum primum ut recte intelligatur, omnem videamus necesse est locum Etymologi: *τὸν δὲ πίσω μέλλοντα ὁ τεχνικὸς*[60]) *μὴ εἰρῆσθαί φησι·*

*καὶ ταῦτα εἰρημένου, καὶ παρὰ Πινδάρῳ, οἷον· Πίσω γε Δίρκης ὕδωρ· — καὶ παρὰ Εὐπόλιδι· Τῷ δ' ἂν οἶνος εἴη πολὺς πίσει· — ἀλλὰ μήποτ' ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι μὴ εἰρῆσθαι ἐν πλάτει.* *Sed fortasse licet dicere, futurum πίσω tantum in dialecto dorica usurpatum esse.* Quo nihil verius; eaque fuit haud dubie etiam Herodiani sententia, quem minime fugere poterat, *πίσω* apud Dores aliquoties usu venisse, quum praesertim Pindarus (si quid verbo *οἷον* tribuendum est) *πίσω* plus semel dixerit. Dorica igitur forma fuit *πίσω*, [61]) neque id in Pindaro magis quam apud Eupolin. Etenim *τῷ δ'* demonstrativum hic manifesto dictum est pro *ᾧδ'* relativo, qui usus non Atticorum est sed Dorum. — Jam de metro quaeritur. Atque ego quidem versus Glyconei vestigia agnoscere mihi videbar, quem tamen versum ne hac quidem digestione restituam:

*Τῷ δ' οἶνος ἂν εἴη πολὺς*
*Πίσει* — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —

Quare vix dubitari potest, quin haec *oratio pedestris* habenda sit, qua in sacris ritu solemni faciundis usus fuerit *sacerdos*, qui cur doricam potissimum dialectum sequutus sit, ignoramus. Prosam orationem sacerdotis habes etiam in Aristophanis Avv. 868.: *εὔχεσθε τῇ Ἑστίᾳ τῇ ὀρνιθείῳ, καὶ τῷ ἰκτίνῳ, τῷ ἑστιούχῳ, καὶ ὄρνισιν Ὀλυμπίοις καὶ Ὀλυμπίῃσι πᾶσι καὶ πάσῃσιν*, ubi formae immiscentur ionicae *Ὀλυμπίῃσι — πάσῃσιν*. Metri alicujus speciem haud aliter extorquebis ac si statueris, Etymologum verba Eupolidis admodum contraxisse et insigniter depravasse, quemad-

modum modo Pindari verba corrupit Isth. VI. 109., quae in omnibus Codd. et vero etiam apud Scholiastam sic leguntur: *Πίσω σφε Δίρκας ἀγνὸν ὕδωρ* —. Veruntamen ista conjectura justo audacior est. Quod reliquum est, sic velim existimes, sacerdotem verbis *τῷ δ' ἂν οἶνος εἴη πολὺς πίσει* illa spectasse *οἰνιστηρία*. — Ex sequenti fragmento [62]) apparet, eos falsa teneri opinione, qui Graecos omnino a calda abstinuisse arbitrantur; imo hunc potum minime a Graecorum consuetudine abhorruisse pluribus documentis declaravit Fritzschius Comment. de Aristophan. Thesmoph. p. 28. Tertium denique fragmentum huc esse referendum, opto magis quam doceo.

## XXVI.

Sacris factis demagogi, quibus nihil jam erat inter vivos negotii, ad inferos redeunt, itaque finem imponunt fabulae. Videntur omnes viri docti, quantum quidem ex eorum emendationibus colligitur, verba *ἀναθῶμεν* — *ἐπελθόντες* ducibus tribuisse abeuntibus: secus atque fieri debebat. Nam qui tum explicari poterunt verba *τὰς εἰρεσιώνας*? Ego olim, ut istam opinionem tueri possem, jocum hic latere arbitratus sum. At in seria re serio et loqui debuit et loquutus est Eupolis, ut vel ex metro intelligis. Quid multa? *Chorus* dicit: *ἀναθῶμεν νῦν χἠμεῖς τούτοις* (in honorem ducum abeuntium) *τασδὶ τὰς εἰρεσιώνας* (*coronas funebres*, quas suspendere solebant in honorem mortuorum.) [63]) Quodsi non verba sed sensum quaeris, ita accipe: Quos demagogos honoribus decoravimus *redivivos*, eosdem, quum jam *in eo sint, ut abeant*, ado-

remus tanquam deos. Valete omnes. Demagogi referunt salutem. —

Ita fabulam quidem ad finem perduxi, non tamen opellam meam; restant enim nonnulla fragmenta, quae quum certo dramatis loco restitui non possint, a reliquis sejunxi. De his igitur nunc paucis agamus.

## XXVII.

Quae plurima congessit loca Athenaeus satis docent, quam varios dicendi usus praebuerit veteribus iste *πολύπους*. Quare falsus quidem non est Meierus, quum Eupolidis fragmento hominem incertum ac varium describi putaret; nam mutare colorem polypum, ubi per metum fugeret, dixit Athenaeus l. l. pag. 317. A. Sed mihi quoque vix aliquid objici poterit Eupolidis senarium de homine *stulto* intelligenti. Sic praecedit in Athenaeo

*ἡλίθιον εἶναι, νοῦν τε πουλύποδος ἔχειν*

ubi vide Schweigh. Rarus est autem ille praepositionis *ἐς τοὺς τρόπους* usus, quem attigit Lobeck. ad Phryn. p. 366., qui Eupolidis loci non fuit immemor; sed neglexit Aeschyl. Pers. 332. *πρῶτος εἰς εὐψυχίαν* et Antiphanem apud Athen. III. 108. E. *ἄνθρωπος ἀνυπέρβλητος εἰς πονηρίαν.*

## XXVIII.

Eundem versum Cratino tribuit Etymologus (sed male omisso *τὸ* articulo) 491. 40. v. *καρίς· ὡς παρὰ Κρατίνῳ*

*Ἔχων πρόσωπον καρίδος μασθλητίνης.*

Et Athenaeus quidem, qui etiam fabulam designaret, errare non potuit: quare aut erravit Etymologus, aut Eupolis usus est trimetro Cratini. Et hoc placet. Similiter vocabulo κάραβος usus est Lucianus Dial. Meretr. XIV. 4. καὶ τὴν χροιὰν οἷος κάραβος. — Non male hunc trimetrum cum antecedente conjungendum arbitratur Runkel. p. 115.

XXIX.

Hunc versum de homine barbaro, qui balbutiebat vel stridebat potius, accipio. Et hoc voluit Photius verbis τερετίζειν et κρουματικῆς διαλέκτου. Confer Hesychium II. C. 682. νίγλαροι, τερετίσματα, περίεργα κρούματα. Eadem significatione dixit νιγλάρους Pherecrates in Chirone ap. Plutarch. de musica X. p. 683. s. Reisk. (Runkel. p. 62.). In Eupolide profecto legebatur verbum *contrariae notionis* v. c. civitatem gubernare vis? Cf. Luciani Pseudol. 28. τοιούτοις δὴ καὶ τοσούτοις ὀνόμασι πλουτῶν, αἰσχύνῃ τὴν ἀποφράδα; Adde cap. 24. et 29.

XXX.

Quid sint στατῆρες docuit Boeckhius Athen. Staatsh. I. p. 22. seq. Convenit versus in hominem, qui vel imperator corruptus erat vel aerarium exhauserat demagogus. Ultro menti objicitur Simon Sophista, qui etiam in Πόλεσιν tangitur: ἐξ Ἡρακλείας ἀργύριον ὑφείλετο.

XXXI.

Confer Pollucem VI. 2. 15.: τὰς ἀποθήκας τοῦ

οἶνον — Εὔπολις πιθῶνας. IX. 5. 49. πιθῶνες, ὡς Εὔπολις ὠνόμαζε. Loqui videtur aliquis de hominibus luxuriosis, qui nimium vino indulgerent.

## XXXII.

Si vera lectio est femininum συμψήσασα, ut sane videtur, etiam femina quaedam in scenam progressa est. — De reliquis alii judicent. —

---

## Notae ad Δήμους.

1) Eandem ob causam videtur Cratinus Solonem revocasse in ea fabula, quam inscripsit Χείρωνες, ex qua Diogenes Laertius I. 62. haec Solonis verba repetiit:

Οἰκέω δὲ νῆσον, ὡς μὲν ἀνθρώπων λόγος
Ἐσπαρμένος κατὰ πᾶσαν Αἴαντος πόλιν.

Eidem fabulae restituo versus Scholiastae Aristoph. Nub. 447.:

Πρὸς τοῦ Σόλωνος καὶ Δράκοντος, οἷσι νῦν
Φρύγουσιν ἤδη τὰς κάχρυς τοῖς κύρβεσιν.

Cf. Valcken. Diatr. p. 221. Pierson. ad Moerin. p. 213.

2) Alia τῆς εἰδωλοποιΐας exempla habes apud Aeschylum, cujus in Persis prodit umbra Darii, in Eumenidibus Clytaemnestrae.

3) Ita Meinekius Quaest. Scen. I. p. 49. et Dindorf. ad Aristoph. Fragm. p. 30. s. Aliter Suevern. Ueber Aristophanes Wolken p. 48. s.

4) Vide me ad fragm. XXVII.

5) De hac re dixi ad fragm. XII. et XIII.

6) Conf. ad fragm. VIII.

7) Vide Isaeum de Apollod. her. 15., ubi de adoptione loquutus haec in fine orationis posuit: κἂν δόξῃ, τότ' ἐς τὸ κοινὸν γραμματεῖον ἐγγράφειν, —.

8) Conf. Schol. Aristoph. Ran. 810.: ἐάν τις εἰσάγῃ εἰς τοὺς φράτορας υἱὸν ἐν ἡλικίᾳ γενόμενον, qui locus simul refellit ea, quae C. F. Hermannus nuper in libro egregio, quem inscripsit Lehrbuch der Griechischen Staatsalterthümer dixit p. 188.: Jedes *neugeborne Kind* musste in die Phratrie — des Vaters einregistrirt werden —. Vor den versammelten Phratoren musste der Einführende die rechtmässige Geburt des Kindes eidlich erhärten. — *Der gesetzliche Zeitpunct war alljährlich der dritte und letzte Tag des Festes der Apaturien; ein Opfer dem Zeus Phratrios dargebracht und Geschenke an die Phratoren bestätigten den feierlichen Act.* Cui sententiae etiam hic obstat Pollucis locus VIII. 107.: εἰς τούτους τούς τε κούρους καὶ τὰς κόρας εἰσῆγον· καὶ εἰς ἡλικίαν προελθόντων (ergo non infantes recens nati) ἐν τῇ καλουμένῃ κουρεώτιδι ἡμέρᾳ ὑπὲρ μὲν τῶν ἀῤῥένων τὸ κούριον (leg. κουρεῖον) ἔθυον, ὑπὲρ δὲ τῶν θηλειῶν τὴν γαμηλίαν.

9) μεῖον sive κουρεῖον, de quo vide ad fragm. I.

10) P. 106., ubi falso Myronidem quoque rediise dicit. Vide ad fragm. I.

11) Paene credo, non quinque hos fuisse diversos Phormiones, sed tres tantummodo aut ad summum quatuor, ut unum eundemque bis vel ter numerarit Scholiasta. Idem videtur accidisse Scholiastae Nub. infra. Sed id quidem altioris est indaginis.

12) Suidas v. — καὶ παροιμία Θεαγένους ἑκάτειον. Οὗτος δειλὸς ἦν. εἶχε δὲ Ἑκάτης ἄγαλμα, οὗ ἐπυνθάνετο πανταχοῦ ἀπιών (Aristoph. Lysistr. 63. 64.). ὃς καὶ καπνὸς ἐπαλεῖτο. Cf. Eundem v. ὑηνεία. Schol. Equit. 980.

13) Καπνὸς dictus est ob eandem causam Aeschines, Selli filius. Vid. Aristoph. Vesp. 324. et 478. In Βάπταις usus est Eupolis voce κάπνη (Pollux l. l. κάπνην Εὔπολις εἴρηκεν ἐν Βάπταις (i. e. καπνοδόκη s. καπνοδόχη (cf. Lobeck. ad Phryn. p. 307.) ubi bene ad Alcibiadem referri potest.

14) „Scripserat Eupolis περιλέγων, dicendo superans ποδοῖν (!) Mensura quantitatis Dativo magis competit. Persistit

in eadem metaphora ab aurigis (?) in hippodramo certatim decurrentibus, qui adversarium quum semel praeterierint, magno demum intervallo post se relinquunt." Wasius l. l.

15) „Ubi striam interposui, linea Codicis finitur: unde satis patet, scribam nostrum nescisse Graece, sed ad ductum antiquioris Cod. singulas literas esse sequutum nulla syllabarum ratione habita." Titzius l. l. p. 311. s.

16) *Δέ τ'* non est Atticum.

17) *Ὑπορρώδει* vitium esse pervulgatum docuit me praeceptor, qui benigne mecum communicavit exempla haec: Lucian. Lexiph. c. 11. *ἀπολώλει ἄν.* Cod. Gorlicensis *ἀπωλώλει.* Adv. Indoct. 19. *ἀπολώλεις ἄν.* Cod. Gorlicens. *ἀπωλ.* Cf. De Salt. c. 83. Thucyd. IV. 133. *ἀπολώλει* retinuit Bekker., debuit e Codd. *ἀπωλώλει.* Plutarch. Pyrrh. c. 21. vulgo *ἀπολώλει.* Lege cum Codd. *ἀπωλ.* Cf. Buttmanni Gr. II. p. 151. et Schaef. ad Demosth. I. p. 565. II. p. 85.

18) Telesippus aliquis commemoratur apud Pollucem II. 34. Alium Telesippum Isocratis rhetoris fratrem fuisse dicit Pseudoplutarchus in Isocrate. Hic vero Telesippus non potest fuisse Hippocratis filius, sed Theodori debuit, quem Isocratis patrem satis novimus.

19) *Μυρωνίδης* proprie patronymicum est nominis *Μύρων.* Notus est Myro is, qui praestans fuit in arte fingendi.

20) Lysistr. 801.: *δύο Μυρωνίδαι ἦσαν, ὡς ἐν ταῖς Ἐκκλησιαζούσαις δεδήλωται. ἐνθάδε τοίνυν μέμνηται τοῦ ἐν Οἰνοφύτοις νικήσαντος.*

21) Diodor. Sic. XI. 79. 80. 82. Thucyd. I. 105. 108. IV. 95. Recte Scholiasta: alter enim Myronides fuit Archini filius, ejus, qui Olymp. XCIV. 1. Phyle occupata una cum Thrasybulo XXX tyrannos vicit. Hujus mentionem facit Demosth. in Timocr. 135. B. Quem in Demis ne posse quidem dici, luce est clarius. Quo enim tempore hanc fabulam dedit Eupolis, alter Myronides puer erat vel fortasse ne natus quidem etiam tum.

22) Eo magis dignus videri debuit Eupolidi, ad quem magnificum munus deferret viros excipiendi, qui Athenis flo-

ruerant, clarissimos. Fuit praeterea vir singularis et imperatoria laude maxime excelluit. Diodoro XI. 79. dicitur *ἀνὴρ ἐπ' ἀρετῇ θαυμαζόμενος* et 81. *συνετὸς ἅμα καὶ δραστικὸς*. Tantam assequutus est gloriam ex victoria ad Oenophyta reportata, ut compararetur cum Miltiade, Themistocle et Cimone (c. 82.). Imprimis autem id cohibuit quod deinde perfecit Pericles, ut ne judices publicam acciperent mercedem. Aristoph. Eccles. 303. s.:

— *ἀλλ' οὐχὶ Μυρωνίδης.*
*ὅτ' ἦρχεν ὁ γεννάδας, οὐδεὶς ἂν ἐτόλμα*
*τὰ τῆς πόλεως διοικεῖν, ἀργύριον λαβών*

ubi ita commemoratur, ut paullo ante, certe non ita multo ante Ol. XCVI. 4., quo anno haec fabula data est, diem supremum obiisse videatur.

23) Id fulcitur quodammodo fragment. IV., si ita placet interpretari: Du Myronides hast sie *mitgebracht*. Veruntamen illud *ἤγαγες* aliter accipi potest.

24) Vulgo *κεκωλυμένον ἦν εἰσάγειν*. Aliquid hic deesse intellexit jam Jungermannus, qui conjecit *πλέον εἰσάγειν*, quae conjectura comprobatur sequentibus verbis *ὡς μὴ ἁμιλλῶντο*.

25) Sic Meursius Graec. Fer. I. ex Schol. Aristoph. Ran. 810. Vulgo *μείονος, οὐχ ὑπερβαινόντων* —.

26) Versus sunt e *Δράμασιν* Aristophanis. Pro *τὸν σφυγμὸν*, quod nihili est et metrum evertit, Brunckius scripsit *τὸν σταθμὸν*. Mihi placet lenior correctio *τὸν ζυγὸν*.

27) Confer Aristoph. Pac. 606. Nub. 858.

28) Atque non potuit Pericli contingere gravius facundiae suae testimonium, quam istae Comicorum laudes, ut recte dixerit Aristides l. l. 214., ubi de Pericle loquitur: *ἔτιδ' ἄλλου μέν τινος πράγματος σκήπτεσθαι μάρτυρι κωμωδιδασκάλῳ τάχ' ἄν οὐκ ἰσχυρὸν ἦν· εἰς δὲ λόγων κρίσιν, μήποτε οὕτω σεμνὸς γενοίμην, ὥσθ' ὑπεριδεῖν τῶν ἀνδρῶν τούτων ὡς οὐδενὸς ἀξίων.*

29) Aristides l. l. p. 33. ita: *τί οὖν ὦ μεγίστη σὺ* (MS. unus *σὺ μεγίστη*, recte) *γλῶττα τῶν Ἑλληνίδων ἔφη Κρατῖνος*. Senarium Cratini sic restitues:

*τί οὖν σὺ μεγίστη γλῶττα τῶν Ἑλληνίδων!*
quem versum ad Periclem spectare docet locus infra p. 214., ubi: *τῶν μαρτύρων ἡμῖν τῶν εἰς τοὺς λόγους κεκλημένων τῷ Περικλεῖ — ὁ μὲν, τῶν Ἑλληνίδων μεγίστην τὴν ἐκείνου γλῶτταν εἴρηκεν —*, Cf. Photii Bibl. p. 411. B. 25. et 424. A. 21. Bekk.

30) Sic verissime Codex Florentinus, omnium antiquissimus. Hemsterh. l. l. p. 239. male conjecit *τὸ κέντρον*. Interpretor: *simile quoddam* stimulo. Sic Cic. de Orat. III. 43.: cujus in labris veteres Comici, etiam quum illi male dicerent — leporem habitasse dixerunt, tantamque in eo vim fuisse, ut in eorum mentibus qui audissent, quasi *aculeos quosdam* relinqueret. De quo usu pronominis *τίς*, si qui plura scire cupiunt, evolvant Fritzschii Quaestion. Lucian. pag. 16. seq. — Eadem ratione *Πειθώ τις* v. 5. explicandum est.

31) Hic non est trimeter.

32) Quintil. Institt. Oratt. XII. ix. 13. Aelian. Var. Histor. IV. 10.

33) Veluti Cratinus eum cum Jove Olympio comparavit, ita tamen, ut Jovis epitheton *νεφεληγερέτα* ridicule immutaret in *κεφαληγερέτα*. Videatur Plutarch. in Pericle 3. In alia fabula, *Θρᾶτται* vocavit eum *σχινοκέφαλον* (Plutarch. l. l. 33.). Cf. Runkel. Fragm. Cratini pag. 24. Lucas Cratinus et Eupolis p. 40. seq.

34) Servavit eam Aristophanes Avv. 1647.:

*ἐρῶ δὲ δὴ καὶ τὸν Σόλωνός σοι νόμον·*

*Νόθῳ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν, παίδων ὄντων γνησίων· ἐὰν δὲ παῖδες μὴ ὦσι γνήσιοι, τοῖς ἐγγυτάτω γένους μετεῖναι τῶν χρημάτων.* Cf. Suid. v. *ἀγχιστεία*.

35) Cf. Voss. ad Aristoph. Av. 1653. et F. Hermannum l. l. p. 222.

36) Plutarchus Pericl. 37.: *γνησίους νόμον ἔγραφε μόνους Ἀθηναίους εἶναι τοὺς ἐκ δυσῖν Ἀθηναίων γεγονότας*. Cf. Aelian. Var. Hist. VI. 10. Schol. ad Platon. Menex. p. 139.

37) Suid. v. *Ἀσπασία*: — *δοκεῖ δὲ καὶ ἐξ αὐτῆς* (Aspa-

siam dicit) ἐσχηκέναι Περικλῆς τὸν ὁμώνυμον αὐτοῦ Περικλέα τὸν νόθον. Cf. Harpocr. v. Ἀσπασία. Qui nothus postea (Ol. XCIII. 2.) praeter factus capitis damnatus est, re male gesta ad Arginusas. Cf. Schneid. ad M. Socrat. III. v. 1.

38) De quo usu particulae δέ, cujus partes apud Latinos suscepit *tandem* sive *autem* vide Fritzschii Comment. de Acharnensib. Aristophan. p. 5.

39) Graeca quum legimus, minus erubescimus; apponam igitur ipsa Athenaei verba de Periclis intemperantia, quae leguntur libro XIII. p. 131.: Ἦν δ' οὗτος ἀνὴρ πρὸς ἀφροδίσια πάνυ παταφερής, ὅστις καὶ τῇ τοῦ υἱοῦ γυναικὶ συνῆν, ὡς Στησίμβροτος ὁ Θάσιος ἱστορεῖ.

40) Certe Comici id suadere conabantur Atheniensibus, et Aspasia autore non solum bellum contra Samios susceptum esse affirmabant (vide Harpocr. v. Ἀσπασία Plutarch. Pericl. 25. et 26.): verum etiam ejus ulciscendi libidinem causam fingebant belli Peloponnesiaci. Huc pertinet Aristophan. Acharn. 524 — 534. Eodem Plutarcho teste c. 24. dicebatur ista Comicis Ὀμφάλη τε νέα καὶ Δηϊάνειρα, ut inde fortassis colligi possit, illam Cratini junioris comoediam, Ὀμφάλη inscriptam (de qua duas nobis particulas servarunt Athenaeus XV. 669. B. et Poll. VII. 13. 58.) Aspasiam derisisse. Quod aliquo modo confirmatur eo, quod in eadem fabula τύραννος dicta est Aspasia. Cf. Schol. Platon. Menex. pag. 391. *Deianira* appellata est ab Eupolide, qui alibi eam vocavit *Helenam*; quod qua mente fecerit, vix, arbitror, cuiquam dubium erit.

41) Cent. IV. Proverb. 63.: κριὸς τροφεῖα ἀπέτισεν] Ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων, ἐπεὶ τὰς φάτνας πλήττουσιν οἱ κριοί. Similiter Suidas v. κριός.

42) Exposuit de his Rochefort sur l'utilité des orateurs dans la République d'Athènes in Mém. de l'Académie des Inscript. XL. III. p. 1. seq.

43) R. Hanovius nuper Exercit. Critic. p. 78. Lysistratam conjecit in Ol. XCII. 1. Lenaeis. At mihi paene certum videtur, Lysistratam *magnis Dionysiis* datam esse, Thesmo-

phoriazusas autem posteriores, quas idem Hanovius p. 85. Olymp. XCII. 2. recte videtur tribuere, Lenaeis plane assignaverim.

44) Cf. Stephan. Thesaur. s. v. Plinius H. N. VII. 56. Ausonii Epist. XXII. 47. Brouckh. ad Tibull. I. 8. 28.

45) Idem Demostratus dictus videtur ab Eupolide ἀμφιπτολεμοπηδησίστρατος, quam vocem laudavit Scholiasta Dionysii Thracis in Bekkeri Anecd. II. p. 702. Cf. Porphyrius in Villois. Anecd. II. p. 117.

46) Verbosus est de hac re Scholiasta Equit. 443., ubi de origine vocis sic disputat: λιμὸς καέτελαβέ ποτε τοὺς Ἀθηναίους. καὶ οἱ πένητες τὰ τῶν ἁλούντων ἄλευρα διήρπαζον. — ἔστι δὲ καὶ παραγώγως ἀπὸ τοῦ ἀλιτραίνειν, ὅ ἐστιν ἁμαρτάνειν. Cf. Suid. v. ἀλιτήριος.

47) Equit. 1374. Φαίαξ.] δεινὸς ῥήτωρ ὁ Φαίαξ οὗτος, ὡς καὶ ἀποφυγεῖν ἐπὶ θανάτῳ ἐπ' αὐτοφώρῳ κρινόμενος.

48) V. 4., ex quo loco patet, Phaeacem fuisse filium Erasistrati. Cf. Runkel. p. 88.

49) Locus Stobaei legitur Tom. II. p. 44. περὶ βραχυλογίας, quod minime negligendum. Vim verbis fecisse videtur Grotius, quum ita verteret: *Orationis abstinebo ambagibus, et rem profabor limites intra suos*, quamvis titulus huic opinioni faveat. Equidem sic sentio Stobaeum alieniore loco Eupolidis versus attulisse. Cum posteriore trimetro compara Aristoph. Vesp. 480.: οὐδὲ μέν γ' οὐδ' ἐν σελίνῳ πούστιν οὐδ' ἐν πηγάνῳ.

50) Cf. F. Hermannus Staatsalterth. p. 311., not. 3.

51) Vide Cratinum ap. Athen. XV. 667. F. ubi sic βάλλειν et βάλλοντι, et Fritzschii Comment. de Aristoph. Daetalens. p. 95. seq.

52) Damasias aliquis apud Lucian. Dial. Meretr. X. 12. Attigerunt Laespodiam Damasiamque Eunapius p. 99. Boiss. et Plutarch. Sympos. VII. p. 931. Wytt.

53) Libro VI. 105.: τότε δὲ Πυθοδώρου καὶ Λαισποδίου καὶ Δημαράτου ἀρχόντων ἀποβάντες ἐς Ἐπίδαυρον τὴν Λιμερὰν καὶ Πρασιὰν καὶ ὅσα ἄλλα, ἐδῄωσαν τῆς γῆς, —. et

VIII. 86. ἀφίκοντο δὲ οἱ Ἀργεῖοι —, καὶ ἄγοντες Ἀθηναίων ἐς Λακεδαίμονα ἀπὸ τῶν τετρακοσίων πεμπτοὺς πρέσβαις, Λαισποδίαν καὶ Ἀριστοφῶντα καὶ Μιλησίαν —.

54) Sic enim corrigenda est vitiosa interpunctio — φύσιν. Interpretes hujus loci vim non assequuti sunt, ut videtur. Nempe quum inepte se gereret Triballus, tum etiam eo se praebuit hominem rudem, quod vestem ita faceret submissam, ut vel pedes tegerentur. Id animadvertens Neptunus: Λαισποδίας εἶ τὴν φύσιν; i. e. quid indecore vestitus es? an vitium tegere vis crurum, quemadmodum Laespodias? — Valde placet Codicis Oxon. λαισποδιάσαι (Suid. λαισποδιάσθαι): modo corrigatur λαισποδιάζεις. Similia centies finxit Aristophanes.

55) Fuere qui in hoc genere articulum poni non posse dicerent. Qui refutantur et hoc Eupolidis αὐταῖσι ταῖς κνήμαισι et Aristophan. Equit. 846. αὐτοῖσι τοῖς πόρπαξιν. Vide Lobeck. ad Phryn. p. 100. — Ceterum compara animi causa Horat. Sat. I. 3. 48.: Hunc Varum distortis cruribus, illum | Balbutit Scaurum pravis fultum male talis. Runkel. affert Aristophan. Av. v. 1556. per errorem. Sed vide ibid. Av. 1378. 1379.

56) Scholiasta Aristophan. l. l. Δημήτριος δὲ καὶ πάντες τὸν Ἰξίονα λέγουσιν ἐν ταῖς Ἀττικαῖς λέξεσιν ὡς γλῶσσαν ἐξηγεῖσθαι, ὅτι λαισποδίας ἐστὶν ὁ ἀκρατὴς περὶ τὰ ἀφροδίσια, ὥστε καὶ κτήνησποδεῖν.

57) Vide Thucyd. VIII. 90. 92. 98.

58) Vide quid erraverit Brunckius (ad Aristoph. Ran. 733.) quum fabulae consilium nexumque ignoraret. Est illud Eupolidis fragmentum, inquit, pars parabasis, in qua loquebatur ad spectatores conversus Chorus e senibus constans, —.

59) De quo ritu docte egerunt Meursius Graec. Fer. V. v. Θαργήλια. Idem Lectt. Attic. IV. 22. Vales. ad Harpocrat. v. φαρμακός. Jungermann. ad Poll. VIII. 104. n. 63. Conf. Ammon. p. 79.

60) Is est Herodianus, paene princeps Grammaticorum, ut docet Eustath. p. 368. 12.

61) De verbo πιπίσκω accurate egit Vir Clarissimus F. A. Fritzschius ad Marcum p. 598. seq.

62) Hujus fragmenti meminit Pollux VI. 103.; X. 92., quos locos hodie non intelligo. Cf. Runkel. p. 114. 115.

63) Cf. Alciphron. III. 37.

# II.

# ΕΥΠΟΛΙΔΟΣ ΠΟΛΕΙΣ.

## ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΔΕΙΜΑΝΤΟΣ ὁ Λευκολόφου.
ΙΕΡΟΚΛΗΣ μάντις χρησμολόγος.
ΧΟΡΟΣ ΠΟΛΕΩΝ ὧν εἰσι Τῆνος, Χίος, Κύζικος.
ΦΙΛΙΝΟΣ.
ΓΕΡΩΝ ΤΙΣ *).
ΔΟΥΛΟΣ ΤΙΣ **).
ΠΡΟΣΩΠΑ ΑΔΗΛΑ.

## ΕΞ ΥΠΟΘΕΣΕΩΣ.

Ἐδιδάχθη, ὡς ἔοικεν, ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου εἰς Λήναια, καὶ ἴσως δεύτερος ἢ τρίτος ἦν. Λείπει δὲ τὰ πλεῖστα.

*) Propter Ὡς μόλις ἀνήῤῥησ', οὐδὲν ἐσμὲν οἱ σαπροί!

**) Propter Ὦ δέσποτα, καὶ τάδε νῦν ἄκουσον, ἃν λέγω σοι.

Peropportune accidit, ut particulae, quas aetas tulit superstites ex *Δήμοις*, totius fabulae rationem atque perpetuitatem agnoscendi facultatem praebeant: at in eo, de quo nunc disputaturus sum, Eupolidis dramate ita suo loco avulsa sunt fragmenta, ut ne de argumento quidem comoediae satis recte disputari queat, nedum de nexu sententiarum. Runkelius quidem pag. 143., exemplo Meinekii Quaest. Scen. I. pag. 58. „idem paene cum *Δήμοις* argumentum" habuisse opinatur *Πόλεις*, idque dicit apparere *e fragmentis.* Sed considera accuratius reliquias: unum illud tantummodo intelliges ad rempublicam spectare fragmentum, quod legitur in Athenaeo X. p. 425. B., ex quo solo profecto colligi non potest, quodnam fuerit fabulae argumentum, quum omnes antiquae comoediae magis minusve versentur in republica Atheniensium. Quo accedit etiam illud, quod Eupolin novimus poetam ingenii ubertate ita conspicuum, ut credere nefas sit, eum verba dedisse spectatoribus veteres repetendo cantilenas: nisi, quod fieri sine temeritate non potest, conjicere vis, *Δήμους* in lucem prodiisse quasi editionem retractatam *τῶν Πόλεων*, quae fabula simili infortunio usa fuerit, quo Aristophanis Nubes I. Illud igitur „idem paene cum *Δήμοις* argumentum" prorsus abjicio; sed necessitudinis aliquid intercessisse inter

utramque fabulam haud praefracte negaverim. Quodsi in re tam dubia conjecturae locus est, sic statuam, *Eupolin in Δήμοις eas res tractasse, quae pertinerent ad reipublicae domesticam disciplinam, in Πόλεσιν vero exhortatum esse Athenienses, ne diutius avare crudeliterque consulerent in socios.* Huic opinioni non solum favet ipse fabulae titulus, [1]) verum etiam illud, quod Chorus compositus erat ex iis civitatibus, quae Atheniensium partes sequebantur. Causa enim vix ulla potest excogitari, cur civitates in personas mutatas prodire jusserit, nisi aliquid ejusmodi habuit propositum. Adjuvat quodammodo etiam Scholiasta Aristophanis, qui ad Acharnenses 503. haec tradidit: *εἰς τὰ Διονύσια ἐτέτακτο Ἀθήναζε κομίζειν τὰς πόλεις τοὺς φόρους, ὡς Εὔπολίς φησιν ἐν Πόλεσιν.* —

„De tempore, quo commissa sit fabula, si quaeris, haud sane post Chiorum defectionem ab Atheniensibus Olymp. XCI. 4. doceri potuit ut ostendit Scholiasta Aristophanis Av. 881. —. Aliud temporis indicium praebet fragmentum quamvis corruptum [apud Scholiastam Aristophanis Pac. 1031 — *ἢ Στιλβίδης;*] Stilbides vates nobilissimus et Niciae familiaris, ut e Plutarchi narratione vit. Nic. 23. probabiliter efficias, supremum diem obiit Olymp. XCI. 3.; quod quum in ipsa Sicilia evenerit, quo ille una cum Nicia profectus erat, Stilbides autem in Eupolidis loco ita commemoretur, ut tum Athenis fuisse videatur: vix dubitari potest, quin fabula nostra ante Siculam expeditionem, h. e. Olymp. LXXXVII. [LXXXVIII.?] vel LXXXIX. in certamen commissa fuerit.“ Meinekius l. l. Recte

fabulam assignaveris Olympiadis LXXXIX. anno sive primo sive secundo; istius enim Amyniae legationis, quam Aristophanes tetigit in Vespis v. 1263.,[2]) Eupolis quoque memor erat in *Πόλεσιν*; Vespae autem quum actae sint Olymp. LXXXIX. 2. eodem fere tempore actas esse *Πόλεις*, cum verisimilitudine conjicit Runkelius l. l. — Vides, nihil certi de hac fabula posse pronuntiari; ne igitur diutius in tenebris versemur, ad ipsas reliquias transeamus. Unum hoc juvat monuisse, videri nostram fabulam multo minus nobilem illustremque fuisse, quam *Δήμους*, ut non injuria eam Lenaeis assignare possis: quae sententia hac etiam re confirmatur, quod inspectantibus sociis vix Atheniensium iniquitas atque occultae insidiae, quas sociis struebant, aperiri potuerunt.

Ut, quae ad Chorum pertinent, primum expediam, proficiscor a Scholiasta Aristophanis Plut. 718. *ἡ Τῆνος δὲ θηριώδης δοκεῖ εἶναι· καὶ Εὔπολις Πόλεσιν·*

*Τῆνος αὕτη*
*Πολλοὺς ἔχουσα σκορπίους.*

Quorum verborum ut sensum perspicias, sic habeto. Eupolis civitates, quae ad Atheniensium societatem sese applicuerant, personatas proposuit, et ita quidem, ut Chorum ex iis componeret. Chorus orchestram occupaverat.[3]) Tum duae personae in scenam prodeunt, quorum una, altera respondente, de singulis civitatibus quaerit. Itaque his versibus ea, quae respondet, persona, Tenos insulam dicit divitem scorpionibus, h. e. piscium quodam genere.[4]) De ipso Scholio multo melius quam Hemsterhusius, disputat Do-

breeus l. l. Is existimat, δὲ αὕτη ante θηριώδης esse variam lectionem pro δ' αὐτή in Eupolide. (Falso Runkelius pag. 146. ἡ Τῆνος αὕτη pro ἡ Τῆνος δὲ αὕτη, et vulgo δ' αὕτη pro δ' αὐτή. At αὕτη tantum est varia eaque vera lectio pro αὐτή in Eupolide, et scripserat Scholiasta ἡ Τῆνος δὲ θηριώδης δοκεῖ εἶναι. Tum Bentlejus et cum eo Hemsterhusius corrigunt Τῆνος δέ γ' ἡ πολλοὺς ἔχ. σκ., qui est senarius. Sed Dobreeus quum animadvertisset, has esse tetrametri jambici reliquias (arctissime enim cohaerent cum iis fragmentis, quae proxime sequuntur) verissime distinxit Τῆνος αὕτη | πολλοὺς κ. τ. ἑ. Alia jam civitas eademque pars Chori ostenditur, Chius. Scholiasta Aristophanis Av. 881. λέγει δὲ περὶ τῆς Χίου καὶ Εὔπολις ἐν Πόλεσιν·

Χίος, καλὴ πόλις, αὕτη·
Πέμπει γὰρ ὑμῖν ναῦς μακρὰς, ἄνδρας θ' ὅταν δεήσῃ
Καὶ τἄλλα πειθαρχεῖ καλῶς, ἄπληκτος ὥσπερ ἵππος.

Hic mirari subit, vulgatam lectionem αὕτη Χίος, καλὴ πόλις neque Dobreeo neque Meinekio neque ali cuiquam offensioni fuisse. Nam quomodo tandem tetrameter jambicus desinere potest in jambum πόλις, cujus ultimus pes est amphimacer vel bacchius? Sine dubio scripserat Eupolis Χίος, καλὴ πόλις, αὕτη. Neque enim merito reprehenderis anapaestum sede septima quamvis rariorem. Ceterum haud negligas quaeso pulchram comparationem ἄπληκτος ὥσπερ ἵππος. Chium dicit in omnibus rebus praeclare morem gerere, sicuti equum, qui nullis stimulis actus, neque calcaribus subditis, sponte currat. Compara Pindari Ol.

I. 20. de Pherenico equo: Ὅτε παρ' Ἀλφεῷ σύτο, δέμας ἀκέντητον ἐν δρόμοισι παρέχων, ubi Boeckhius: ἀκέντητον δέμας παρέχων, ut ἄπληκτος ἵππος, κελεύσματι μόνον καὶ λόγῳ ἡνιοχούμενος apud Platon. Phaedr. p. 253. D. ἄνευ κέντροιο θέοντες Homer. Il. XXIII. 387. Subjungo aliud, quod omisit Runkelius, fragmentum apud Scholiastam Venetum ad Aristophanis Pac. 1142. (1176.) Κυζικηνικόν] εἰς κιναιδίαν διαβάλλεται ὥστε μηδὲ τῶν ἀναγκαίων διὰ τὴν εὐρύτητα κρατεῖν δύνασθαι, ὡς Εὔπολις ἐν Πόλεσιν· ἡ δ' ὑστάτη ποῦ 'σθ'; ἡ δὲ κύζικος πλέα στατήρων. ἐν τῇδε τοίνυν τῇ πόλει φρούρων ποτ' αὐτὸς ἐκίνουν δὲ γυναῖκα κολύβου καὶ παῖδα καὶ γέροντα καξην οδ τὴν ἡμέραν τὸν σκύθον ἐκκορίζειν. Lege:

Ἡ δ' ὑστάτη ποῦ 'σθ' ἥδε Κύζικος πλέα στατῆρων;
Ἐν τῇδε τοίνυν τῇ πόλει φρουρῶν ποτ' αὐτὸς ἐκίνουν
Ἐγὼ γυναῖκα κολλύβου, καὶ παῖδα καὶ γέροντα,
Κἀξῆν τότ' ἐμοὶ τὴν ἡμέραν τὸ Κύζικον ἐκκορίζειν.

Cum priore versu compara Aristoph. Ran. 1305. ποῦ 'στὶν ἡ τοῖς ὀστράκοις | αὕτη κροτοῦσα; Versu 4. τὴν ἡμέραν significat *singulis diebus* usu Accusativi rariore. Sic tamen Aristophan. Pac. 1304. οὐχὶ πᾶσαν ἡμέραν. Vide praeterea Fritzschium ad Acharn. v. 23. Ἐκκορίζειν hic ita dictum est, ut in Aristoph. Thesmophor. 760. ταλαντάτη Μίκα, τίς ἐξεκόρησέ σε; quis tibi pudicitiam eripuit? Vide autem, quam egregie opposuerit Eupolis verba στατήρων et κολλύβου. Cyzicus ditissima est civitas, et tamen quisque corpus praebet vel uno oblato teruncio! Conferri meretur Suidas v. Κυζικηνικοὶ στατῆρες· διεβεβόηντο οὗτοι ὡς

εὖ κεχαραγμένοι. πρόσωπον δὲ ἦν γυναικεῖον ὁ τόπος· ἐπὶ δὲ θατέρου προτομὴ λέοντος. Ad eandem hanc scenam revoco versum, quem nobis reservavit Photius II. p. 654. φιλὴ γῆ· ἡ μὴ πεφυτευμένη·

Πεφυτευμένη δ' αὕτη 'στὶν ἢ ψιλὴ μόνον; ⏑ — ⏓.[5])

Πόλεσιν.[6]) Ut locus intelligi posset, signum interrogationis posui post μόνον (Runkel. p. 148. μόνον); deinde versum constitui tetrametrum jambicum, iisdem adductus rationibus, quibus Dobreeus supra ad Plutum v. 718. Haud vero absurde Eupolidis nomen ante Πόλεσιν excidisse suspicatur Runkelius. Tenendum est enim, praeter Eupolin alios etiam Comicos scripsisse Πόλεις, Philyllium (Athenaeus III. p. 105. F. — ὃν μνημονεύει Φιλύλλιος ἐν Πόλεσιν, quam fabulam alii tribuebant Aristophani, alii Eunico) tum Anaxandridem et fortasse Theopompum; de qua re videndus est Meinekius Q. Sc. II. p. 61. seqq. et p. 71. — Ut Πόλεις, e quibus Chorus constitit, omnes cognoscas, redi modo in memoriam Thucydidis II. 9. — αὕτη μὲν Λακεδαιμονίων ξυμμαχία. Ἀθηναίων δὲ Χῖοι, Λέσβιοι, Πλαταιῆς, Μεσσήνιοι οἱ ἐν Ναυπάκτῳ, Ἀκαρνάνων οἱ πλείους, Κερκυραῖοι, Ζακύνθιοι, καὶ ἄλλαι πόλεις αἱ ὑποτελεῖς οὖσαι ἐν ἔθνεσι τοσοῖσδε· Καρία ἡ ἐπὶ θαλάσσῃ, Δωριῆς Καρσὶ πρόσοικοι, Ἰωνία, Ἑλλήσποντος,[7]) τὰ ἐπὶ Θρᾴκης, νῆσοι ὅσαι ἐντὸς Πελοποννήσου, καὶ Κρήτης πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα· πᾶσαι αἱ ἄλλαι Κυκλάδες, πλὴν Μήλου καὶ Θήρας· τούτων ναυτικὸν παρείχοντο Χῖοι,[8]) Λέσβιοι, Κερκυραῖοι, οἱ δ' ἄλλοι πεζὸν καὶ χρήματα. ξυμμαχία μὲν αὕτη ἑκατέρων καὶ παρασκευὴ ἐς τὸν πόλεμον ἦν,

Ubi magnam vim habent verba πᾶσαι αἱ ἄλλαι νῆσοι κλάδες, tum quod Tenos insula fuit Cyclas, [9]) tum vero propter Harpocrationis locum p. 12.: μνημονεύουσιν οἱ κωμικοὶ πολλάκις τῶν ἀμοργίνων, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Λυσιστράτῃ [v. 150.] καὶ Εὔπολις Πόλεσιν. Nam Amorgus etiam insula una fuit ex Cycladibus. [10]) Quodsi fragmentum τῶν ἀμοργίνων jure ad hunc locum revocavi, falli eos apparet Grammaticos, qui ἀμοργίδια, ἀμόργιδες, χιτῶνες ἀμόργινοι a colore vel herba ἀμόργη putant, vere autem eos statuere, qui ab Amorgo insula, in qua peritissime contextae elegantissimeque confectae fuerint, nomen traxisse arbitrantur. Cf. Boeckh. Staatshaushaltung I. p. 115. Sequatur aliud fragmentum, haud absimile proximis, quod omisso fabulae titulo affert Eustathius ad Homeri Odyss. II. p. 1441. 16. Εὔπολις δὲ

Πόλιν δὲ θεοφιλεστάτην
Οἰκοῦσιν ἀφθονεστάτην τε χρήμασι.

Particulam δὲ v. l. metri causa inserendam putavi. Hunc locum e Πόλεσιν sumtum esse, ita in oculos incurrit, ut vel nostrae scenae eum adscriberem, nisi metrum adversaretur: non enim solent Comici in eadem re depingenda alio uti metro. Eupolis vero hic non *Athenas* quantumvis *pias*, sed aliam Πόλιν, Atheniensium imperio subjectam, dicere videtur, fortasse Chium insulam, quae tanti aestimabatur ab Atheniensibus, ut eam vel precibus suis admiscerent (θεοφιλεστάτην). Atque eadem insula abundabat vino, ficis, marmore (ἀφθονεστάτην χρήμασι).

In eo dramate, quod solum versabatur, in iniqua, qua Athenienses omnia premebantur, sorte mitiganda, fieri non potuit, quin *civitates ipsae* suam conditionem depingerent. Quod quum ita fieri non potuerit, ut, si una altera civitas de sua conditione exponeret, *omnis* Chorus loquereturn nescio an aequitus sit Nostri Aeschylum, qui in Septem ad Thebas et Eumenidibus quindecim Chori personas singulas seorsim fecit canentes. Quam conjecturam si probaveris, non jam incertus haerebis de trimetro hoc apud Moerin p. 250. *λάσανον καὶ τοὺς χυτρόποδας καὶ τοὺς θίφρους, ὃς Εὔπολις Πόλεσιν*

*Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔστ' οὐδὲ λάσαν' ὅπου χέω!*

Scilicet loquitur hic civitas quaedam, et se dicit pauperrimam, vel, si mavis, Atheniensium aviditate paene exhaustam. Proceleusmaticum vel tribrachyn ante anapaestum *οὐδὲ λάσανον ὅπουχ.* (haec est lectio vulgata) vitavi scribendo *λάσαν' ὅπου.* Sic enim scribi posse testatur Aristophanes Pac. 858. *τὰ λάσανα* et Pollux X. 9. 45.: *Ὅτι δὲ οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ ἀκινήτου ἀποπάλου τὰ λάσανα ὀνομαστέον, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῦ τιθεμένου καὶ ἀναιρουμένου, μαρτυρεῖ — Φερεκράτης Κραπατάλοις·*

*πρὸς τῇ κεφαλῇ μου λάσανα κατάθεις πέρδεται*

quamquam Horatius Serm. I. 6. 107. dixit *lasanum portantes* — Compara Comici versum in Vespis 926. *ἐμοὶ δέ γ' οὐκ ἔστ' οὐδὲ τὴν ὑδρίαν πλάσαι.* Audiamus jam aliam civitatem de sua inopia conquerentem.

Pollux VII. 10. 29. *καὶ ἄλλος καλαθίσκος, Εὐπόλιδος εἰπόντος ἐν Πόλεσιν·*

*Ἄνευ καλαθίσκου.*

quod statim excipiat aliud fragmentum apud eundem Pollucem VII. 2. 13. *Ὁ δὲ οἱ νῦν φασὶ τοὺς οἰκέτας πρᾶσιν αἰτεῖν, ἔστιν εὑρεῖν ἐν ταῖς Ἀριστοφάνους Ὥραις·*

*ἐμοὶ*[11])
*κράτιστόν ἐστιν εἰς τὸ Θησεῖον δραμεῖν*
*ἐκεῖ δ' ἕως ἂν πρᾶσιν εὕρωμεν, μένειν.*

*ἄντικρυς δὲ ἐν ταῖς Εὐπόλιδος Πόλεσι· κακὰ τοιάδε πάσχουσιν οὐδὲ πρᾶσιν αἰτῶ.* Sic Codices. *πάσχω μὲν* est emendatio Hemsterhusii. Audacter Toupius *κακὰ τοιάδ' οἰκέται | πάσχουσιν, οὐδὲ πρᾶσιν αἰτοῦσιν.* Ut metro satisfiat, sic fortasse scribi debet

*κακὰ τοιάδε πάσχουσ' οὐδὲ πρᾶσιν ᾐτίσω;*

Loquitur rursus *Πόλις* quaedam, quae quum admodum dure tractata esset a demagogis, se cum servis comparat, qui herum mutare poterant apud Graecos, id quod dicebatur *πρᾶσιν αἰτεῖν* vel *αἰτεῖσθαι.* Vide Plutarchi Thes. 35. Hemsterhusium ad Luciani Dial. Deor. 24. fin. et Schoemannum de Comitiis p. 403 — 405. Etiam hic trimeter, quem legimus in Suida v. *ἀπώμοτον* (*Συναγ.* pag. 441.) *ἀπηγορευμένον, φευκτόν.*

*Τί δ' ἔστ' Ἀθηναίοισι πρᾶγμ' ἀπώμοτον;*[12])

*Εὔπολις ἐν ταῖς Πόλεσι.* a civitate quadam potest esse pronuntiatus, quamvis idem versus ab toto Choro

vel alia persona, veluti Stilbide, nequaquam abhorreat. Quid est inquit, tam sanctum, quin violari possit ab Atheniensibus? Nimirum, quisquis ille fuerit, qui hic loquitur, graviter vituperat Athenienses, quod liberas civitates contra omnes divinas humanasque religiones in foedam servitutem abstrahant. Juvabit comparasse Lucian. Demosth. E. c. 44.: *Μακεδόσι μὲν — οὐδὲν ἀπώμοτον οὐδὲ παράδοξον, εἰ —.* Archilochum apud Stobaeum III. 403. Gaisf. *Χρημάτων ἄελπτον οὐδέν ἐστιν οὐδ' ἀπώμοτον | οὐδὲ θαυμάσιον —.* Evolve sis etiam Sophoclis Antigon. 384. 390. Choro plane assignaverim, quod legimus in *Συναγωγῇ* v. *ἄσπουδος* p. 453.: *ὁ μὴ σπουδαῖος. Οὕτως Ἀρχίδης. Εὔπολις Πόλεσιν· ἄσπουδος δ' ἀνὴρ σπουδαίου κακίον. Κακίων* non est Bekkeri, ut Runkelius dicit p. 149., sed Codicis. Idem Runkel. de metro dubitat. Mihi videntur duo dochmici esse restituendi:

⏑ ´ — | ´ ⏑ ´ —
*ἄσπουδος δ' ἀνὴρ*
*σπουδαίου κακί-*
*ων* ´ — | ´ ⏑ ´ —.

Sed merito haereas in sententia. Quid enim hoc est: homo diligens praestat inerti? An scribendum: *ἄσπουδος δ' ἀνὴρ | σπουδαίῳ κακόν?* Verto me alio. *Συναγωγὴ* p. 431. *ἀπολιβάζειν*] *τὸ ἐκρυῆναι, ἀπὸ τῆς λιβάδος. — Εὔπολις Πόλεσιν.*

*Ὁ Φίλιννος οὗτος, τί ἄρα πρὸς ταύτην βλέπεις;*
*Οὐκ ἀπολιβάξεις εἰς ἀποικίαν τινά;*

*Ταύτην* retulerim ad *Πόλιν* aliquam. Runkelio pag. 147. *Φιλῖνος* potius videtur scribendum esse, sane

notissimum apud Graecos nomen. Cf. Hemsterhus. Anecd. p. 244. Forsitan tamen *Φίλιννος* suum locum tueatur ob *Φίλιννα* nomen feminae in Nubibus v. 680. *Ἀπολιβάζεις* vulgo legitur contra usum Atticorum. Correxit Fritzschius Comment. de Aristophan. Daetalens. pag. 75. not. Aristophanem laudans Avv. 1467. *οὐ πτερυγιεῖς ἐντευθενί; | οὐκ ἀπολιβάξεις ᾧ κάκιστ' ἀπολούμενος;* — Similiter explicari possunt, quae tradit Scholiasta Aristophanis Lysistr. 270. *τὴν Λύκωνος*] *τὴν Ῥοδίαν λέγει οὕτω καλουμένην, τὴν Αὐτολύκου μὲν μητέρα, γυναῖκα δὲ Λύκωνος, ἐπ' αἰσχροῖς κωμῳδουμένην. Εὔπολις Πόλεσιν·*

*Ὥσπερ ἐπὶ τὴν Λύκωνος ἔῤῥει πᾶς ἀνήρ.*

Veram lectionem *ἔῤῥει* pro vulgata *συνέῤῥει* debemus Manuscripto Barocciano, qui tamen male omisit articulum *τὴν*. Eupolis igitur *Πόλιν* quandam opulentam et ante alias insignem dicere videtur, et hoc velle: Hanc civitatem quivis expetit et cupiditate ad eam fertur tanquam ad Lyconis uxorem (quae tam fuit liberalis, ut primo cuique corpus praeberet). [13]) Transeo ad Scholiastam Aristophanis Ran. 1561. *Λευκολόφου*] *στρατηγὸς ἦν τοῦ ναυτικοῦ, καὶ Εὔπολις μέμνηται ἐν Πόλεσιν οὕτως περὶ τοῦ Ἀδειμάντου·*

*Οὐκ ἀργαλέα δῆτ' ἐστὶ πάσχειν τοῦτ' ἐμὲ*
*Τὸν Λευκολοφίδου παῖδα, τοῦ πορθάονος;*

Vulgo *ἀργαλέον*, MS. Ravennas *ἀργαλέα*, quod videri possit praestare. Attici dicunt et *καλόν ἐστιν* et *καλά ἐστιν*. Recte corrigunt Meinekius Q. Sc. I. p. 58. et partim Dindorf. *τὸν Λευκολοφίδου* — [14]) *πορθάονος* [15]) pro

*Λευκολόφου* et *πορθάνος*. Iste Adimantus male audiebat apud Graecos, siquidem Aristophanes l. l. eum composuit cum Cleophonte, Archenomo aliisque hominibus profligatissimis et Pausanias IV. 17. suspicionem fuisse dicit, ab eo proditam esse classem Atheniensium ad Aegos flumen. Fortasse jam eo tempore, quo haec acta est fabula, inter demagogos versabatur Adimantus, atque multa injuste commiserat in socios. Qui quum ei objicerent crimina, homo nequissimus, superbia elatus, in istum modum queritur. Jam ad defendendum se accingit. Harpocratio p. 22. *ἀπόκρισις, ἡ ἀπολογία. Εὔπολις Πόλεσιν· ὡς ὑμῖν πάντως ἐγὼ ἀποκρινοῦμαι πρὸς τὰ κατηγορουμένα.* Dobreeus Advers. p. 416. legi volebat *ὡς ὑμῖν ἐγὼ | πρὸς πάντ' ἀποκρινοῦμαι τὰ κατηγ.*; postea vero morem gessit Elmslejo ad Aristophanis Acharnens. 632. Is atque Meinekius ad Menandrum p. 259. metrum Eupolideum restitui volunt. Sed Meinekius minime dedit versum Eupolideum *ὡς ὑμῖν πάντως ἐγὼ | ἀποκρινοῦμαι πρὸς τὰ κατηγορούμεν'*, siquidem ultima syllaba — *μεν'* brevis est, quae longa esse debebat. Elmslejus autem metro non violato in medio constituit lacunam, quae tamen verba arctissime connexa *τὰ κατηγορουμένα* violentius sejungit. Itaque quamvis prima verba exitum versus Eupolidei praebere possint, malim tamen trimetros restituere, sive scribas

*ὡς ὑμῖν πάνυ* (vel *πάλιν*)
*Ἐγὼ 'ποκρινοῦμαι πρὸς τὰ κατηγορουμένα*

sive *ὡς ὑμῖν ἐγὼ | ἀνταποκρινοῦμαι* —. Hujusmodi enim productio ante mutam cum liquida *ἀπόκρ.* non

nisi in Nominibus Propriis excusationem habet, ut Ἱπποκράτους. Ceterum Elmslejus tacite corrigit κατηγορημένα, qua correctione vix opus est. Participium cum articulo vim habet substantivi; ergo τὰ κατηγορουμένα haud multum differt a substantivo τὰ κατηγορήματα. Videntur haec, ut jam declaravi, pronuntiata esse ab Adimanto, Chori criminationes a se repulsuro. Pergo ad Scholiastam Aristophanis Vesp. 98. τὸν Πυριλάμπους] μέμνηται τούτου καὶ Εὔπολις ἐν Πόλεσιν·[16]) καὶ τῷ Πυριλάμπους Δήμῳ ἄρα κυψέλη ἔνεστιν; Florens Christianus ad Vesp. l. l. conjicit κἂν Πυριλάμπους δήμῳ —; Meinekius autem Q. Sc. I. p. 58. sic

Τῷ Πυριλάμπους ἄρα Δήμῳ κυψέλη
Ἔνεσιν;

Ambo putarunt Πυριλάμπους primam habere longam, decepti vulgata scriptura in Aristophane τὸν Πυριλάμπους ἐν θύρᾳ Δῆμον καλόν, ubi scribendum est e Ravennate ac Veneto υἱὸν Π. Nam cum Genitivus et Dativus πυρὸς πυρί priorem brevem habeant, fieri non potest, quin etiam Πυριλάμπους a brevi syllaba incipiat. Hoc non fugit Bentlejum, quum τὸν τοῦ Π. in Aristophane conjiceret. Itaque scribas: καὶ τῷ Πυρ. κ. τ. ἑ. Demum, Pyrilampis filium, pulchrum imprimis adolescentem fuisse et amatores multos habuisse mora Graecorum, e Gorgia Platonis et aliunde docent interpretes. Eupolis vero, ludens in ambiguitate vocabuli Δῆμος, populum intelligit Atheniensem, qui aures habeat sordidas, difficulter audiat neque sapienter monito obsequatur. Cf. Lucian. Lexiph. c. 1.:

σὺ δὲ κυψελόβυστα ἔοικας ἔχειν τὰ ὦτα et mox: ἀπέστω δὲ ἡ ἐπιβύστρα ἡ κυψελίς. Adde Charon. c. 21. et creberrimum illud ἐκκεκώφησαι. At Runkelio pag. 145. in voce κυψέλη „obscoenitas quaedam latere videtur!" Jam hunc locum accuratius contemplemur: Suidas v. ἀνήῤῥησεν (Σ. p. 402.) ἀνεφθάρη·

Ὡς μόλις ἀνήῤῥησ', οὐδὲν ἐσμὲν οἱ σαπροί!

Εὔπολις Πόλεσιν. Sequutus sum Porsonum Advers. p. 285. qui vulgatam ἀνήῤῥησεν, οὐδένες μέν correxit. In Συναγωγῇ Cod. ἀνήῤῥησαν. Blomfield. Glossar. in Persas v. 738. ἀπήῤῥησ' emendavit, non dico contra auctoritatem Grammaticorum, sed loco plane non intellecto. Loquitur hic senex, tum primum in scenam progressus: Wie sauer ist mir das Heraufsteigen geworden: wir alten Leute sind doch nichts werth. Quod ad ἀνήῤῥησ', apponam Elmsleji, qui tamen fallitur, verba ad Acharnens. 732.: „Dixit ἄμβατε poeta, quia actores εἰσελθόντες κατὰ τὴν ὀρχήστραν, ἐπὶ τὴν σκηνὴν διὰ κλιμάκων ἀναβαίνουσι, teste Polluce IV. 127. Eadem de causa dixit ἀνάδος v. 245., ἀνάβαινε Equit. 149. Vesp. 398. [hic locus alienissimus] 1341. Haec alicubi monuit Brunckius." At Pollux ibi de Choro loquitur, qui ex Orchestra in scenam per scalas, easque longe alias, ascendebat. In lectionibus iis, quibus ingeniose et acute, uti solet, rem Graecorum et Romanorum scenicam illustrabat Praeceptor, sic fere disputavit: — Es ist aber sehr die Frage, ob wirklich die Schauspieler *über die Orchestra* an ihre Plätze auf der Scene gegangen sind, wie die Gelehrten gewöhnlich behaupten. Mir scheint

dies ganz unglaublich; vielmehr kamen die Schauspieler durch die *Hintertreppen* auf die Bühne, und gingen durch ebendieselben von dort wieder zurück. Man sieht dies noch aus zahlreichen Stellen des Aristophanes, wo die Scholiasten sich richtig ausdrücken *εἰσελθόντων τῶν ὑποκριτῶν*. Da nun die Scene sehr hoch war, so konnten natürlich die Schauspieler nur auf- oder abtreten vermittelst jener Stufe: daher *καταβαίνειν* bei den Komikern öfters unser *Abtreten* bedeutet. Von diesen Stufen hinter der Scene sind die [oben angeführten] Stellen des Aristophanes zu verstehen. Das Richtige scheint der Scholiast zu den Rittern Vs. 149. gesehen zu haben: nur spricht er nicht deutlich und entschieden genug. Jam, mi lector, intelligis, uti spero, illud *ἀνήῤῥησ'*. Convertor ad Athenaeum IX. 392. E. *ὑποκοριστικῶς δὲ Εὔπολις ἐν Πόλεσιν αὐτοὺς κέκληκεν ὀρτύγια, λέγων οὕτως·*

A.

*Ὄρτυγας ἔθρεψας σύ τινας ἤδη πώποτε;*

B.

*Ἔγωγε μικρ' ἄττ' ὀρτύγια· κἄπειτα τί;*

Vulgatam *θρέψας* post Schweighaeuserum correxit Porsonus Adv. p. 112. Versu 2. Codices *μικρά γ'*, quod idem Porsonus emendavit in Tracts p. 240. Qui haec pronuntiat, eadem uti videtur lepida argumentandi ratione, qua Bacchus in Aristophanis Ranis, v. 62. seq., ubi, ut Herculi demonstret, quanto Euripidis desiderio affectus sit, ita loquitur:

οὐκ ἔχω φράσαι·
ὅμως γε μέντοι σοι δι' αἰνιγμῶν ἐρῶ.
ἤδη ποτ' ἐπεθύμησας ἐξαίφνης ἔτνους;

Ἡρακλῆς.

ἔτνους; βαβαιὰξ, μυριάκις ἐν τῷ βίῳ.

Cf. Menander apud Athenaeum X. 446. D.

A. Ἐλλέβορον ἤδη πώποτ' ἔπιες Σωσία;
B. Παντά πασι.[17]) A. πάλιν οὖν πῖθι· μαίνει γὰρ κακῶς.

Idem XV. 691.

ἀκήκοας σὺ δέσποτ' ἤδη πώποτε
τὸ θυμίαμα τοῦτο;

ubi male Codices δεσποτα δὴ. Adde Nub. 345. Ran. 962. Propero ad Athenaeum X. p. 425. A. Τοσαύτη δ' ἦν ἡ τῶν παλαιοτέρων τρυφὴ περὶ τὰς πολυτελείας, ὥστε μὴ μόνον οἰνοχόους ἔχειν, ἀλλὰ καὶ οἰνόπτας. ἀρχὴ γοῦν ἐστὶν οἱ οἰνόπται παρὰ Ἀθηναίοις, ἧς μνημονεύει ἐν ταῖς Πόλεσιν Εὔπολις ἐν τούτοις·

Οὓς δ' οὐκ ἂν εἵλεσθ' οὐδ' ἂν οἰνόπτας πρὸ τοῦ
Νυνὶ στρατηγοὺς [λεύσσομεν] ὦ πόλις πόλις
Ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον ἢ καλῶς φρονεῖς!

Verbum λεύσσομεν ex conjectura addiderunt viri docti. Scholiasta Nubium 588. sic: ω πόλις, πόλις | ὡς εὐτυχεῖς μᾶλλον, ἢ καλῶς φρ. unde Suidas v. Ἀθηναίων δυςβουλία· — καὶ ἦν τοῦτο λεγόμενον' ἐπιχώριον·[18]) ὦ πόλις πόλις κ. τ. ἑ. Cf. Bergler. ad Aristophan. Ran. 746. Videsis etiam Acharnens. v. 27. Quam exigua fuerint apud Athenienses isti οἰνόπται,

tum ex hoc fragmento colligitur, tum ex Athenaeo, qui mox pergit: *καὶ ἦν ἡ ἀρχὴ [illegible]*. — Cf. Hesych. II. 730. et maxime Photium 321. 22. Porro Suidas verbo *ἀνεῴγεισαν* (Σ. p. 399.) *ἀνέωγεν οὐχὶ ἤνοιξε.* — *Εὔπολις Πόλεσιν.*

*Ἦν οὐκ ἀνέῳγε πώποτ' ἀνθρώποις ἐγώ.*

*Ἦν* (sic enim scribendum cum Porsono Advers. pag. 285. pro *ᾗδ'* vel *ὃν* in *Συναγωγῇ*) refero ad vocabulum *θύρα*. Sic Suidas, Σ. ll. ll. et Zonaras I. 215. Pherecratis versum servarunt e *Κράπατάλοις*:

*οὐδεὶς γὰρ ἐθέλει, οὐδ' ἀνέῳγέ μοι θύραν.*

Laudasse sat erit Pollucem II. 177.: *ἡ ἐν τοῖς τραγοις δυσωδία ὥσπερ καὶ ἐν ταῖς μασχάλαις ἀνάβρυσις καλεῖται. καὶ γράσος δὲ εἴρηται ἄλλαχοῦ, καὶ ἐν Πόλεσιν Εὐπόλιδος.* Gravius fragmentum extat apud eundem Pollucem X. 53. 192., ubi sermo est de sacris vasculis aliisque: *σκευῶν δὲ ἐν Εὐπόλιδος Πόλεσιν κατάλογος· καρδόπους, κρατῆρας, καὶ ὀκτὼ χύτρας, δύο τρυβλίω, κνέφαλα τε καὶ θέρμαυστριν, ἓξ δρόνους χύτραν, κλίνας ἑκατον, κόρημα, κυβωτὸν, λύχνον.* Codex A. *κρατῆρας ὀκτὼ, χύτρας δύω τρυφλία, κνέφαλα θέρμαστριν.* Idem pro *λύχνον* praebet *λήνυθν*; quod nihil est. Cod. Voss. *κλίνας* pro *κάννας*; illud probat Hemsterh. Repetitio ista *χύτρας — χύτραν* offendebat jam Kuehnium, Jungermannum, et quemlibet, arbitror, offendet. Et Kuehnius quidem *χύτραν* mutavit in *μάκτραν*, atque senarios constituit satis miros:

*καρδοποὺς καὶ κρατῆρας ὀκτώ τε χύτρας*
*δύο τρυβλία, κνέφαλα καὶ θέρμαστριν*

ἐξ θρόνους μάκτραν τε καὶ κάννας ἑκατὸν,
πόρημα βαθὺν λύχνον —)

Magis prudenter Jungermannus: καρδόπους | κρατῆρας ὀκτὼ καὶ χύτρας; certe praestat haec emendatio Salmasii conjecturae καρδόπους δύο | κρατῆρας ὀκτὼ, δύο χύτρας, δύο τρυβλίω. Bentlejus quoque Epistola II. ad Hemsterhus. p. 111. seqq. vexatissimo loco medelam afferre conatus est. Is in primis versibus sequitur Salmasium; reliqua sic emendat: κνέφαλά τε (vel τρία) καὶ θέρμαυστριν, ἐξ θρόνους, σκάφην (vel λύραν). Haud absurde Runkel. pag. 150.: κρατῆρας ὀκτὼ, καρδόπους, δύο τρ. His omnibus conjecturis vereor ne illud confirmetur, quod Hermannus dixit in Diar. classic. fasc. 42. p. 339.: *multo minus corruptos ad nos pervenisse* veteres scriptores, quam a criticis esse corruptos. Etsi enim in hujusmodi fragmentis, quomodo scripserit poeta, difficillimum est exquirere, non debebant tamen interpretes tam audacter librorum auctoritatem contemnere et fragmentum plane novum constituere. Illud quoque quaerendum erat, ferrine posset χύτρας — χύτραν. Ponamus enim, haec verba fuisse homunculi cujusdam stolide blaterantis, qui in enumerandi ardore, ut fit, oblitus erat, se semel jam dixisse χύτρας. Tum vero cum Runkelio utroque loco scribendum est χύτρας. Equidem, mutatis tantummodo duabus voculis, sic legam:

καρδόπους
Κρατῆρας ἐξ[19]) ὀκτὼ χύτρας, δύο τρυβλίω
Κνέφαλά τε καὶ θέρμαυστριν, ἐξ θρόνους, χύτρας,
Κλίνας ἑκατὸν, πόρημα, βαθὺν, λύχνον.

Similem catalogum, sed multo longiorem, ex Aristo-

phane affert Pollux VII. 95. sq. et Clemens Alexandrinus Paed. II. pag. 209. Sylb.; de quo catalogo copiose disputavit Fritzschius de Theanophor. II. p. 45. seqq. Evolvamus Suidam v. ἀπλήμμος (Σ. p. 425.) δασέως, ἁπλοῦς, καὶ Εὔπολις Πόλεσιν·

Οὐ γὰρ πολυπραγμῶν ἐστιν, ἀλλ' ἀπλήμμος.

Male Suid. οὔτ' ἄν; Codex Oxoniensis οὔτ' ἄρ vel ἄρ. Cf. Porson. ad Aristophanis Nubes 518. et 647., qui recte οὐ γὰρ; quoniam ἄν nunquam cum Indicativo Praesentis Attici conjunxerunt. Venio nunc ad fragmentum intellectu difficillimum. Harpocratio pag. 113., ubi disputat de logistis euthynisque, haec addit: μέμνηται τῆς ἀρχῆς καὶ οἱ κωμικοί. Εὔπολις Πόλεσιν·

Ἄνδρες λογισταὶ τῶν ὑπευθύνων χορῶν!

Codex ὑπ' εὐθύνων; Aldina ὑπευθυνῶν, unde Blanchard. ὑπευθύνων. Quid, quaeso, hoc est. An *Choro* reddenda erat ratio facti apud logistas? Minime. Nam, sive Hermannum[20]) sequi velis, qui discrimen fuisse inter logistas atque euthynas negat, sive Boeckhium[21]) qui contrariam amplectitur sententiam: hoc apparet, utrosvis ad rationem reddendam eos vocasse tantummodo, qui munere publico functi essent. Quid igitur logistae ad Chorum? Fortasse lepida comparatione alloquitur hic nescio quis quinque magistros illos certaminis, qui, in proedria sedentes, judicium laturi erant de tribus *Choris*, i. e. comoediis. —

Restant alia quaedam fragmenta, de quorum nexu multo etiam minus quam de proximis, certi aliquid

proponi potest. De his quam fieri potest brevissime absolvam. Photius I. pag. 361. *οὐσίαν· τὰ χρήματα, ἃς ἡμεῖς. Εὔπολις Πόλεσιν·*

*Ὃς τὴν Μαραθῶνι κατέλιφ' ἡμῖν οὐσίαν.*

Praepositionem *ἐν* ante *Μαραθῶνι* post Porsonum delevit Meinekius Cur. Crit. p. 26. Pro *κατέλιφ'* extat alia lectio *κατέλιπεν.* Videri possit *τὴν* potius delendum esse scribenduméque *ὃς ἐν Μ.*: Miltiades in vinculis exspiravit omnium rerum inops, neque quidquam nobis reliquit hereditatis: sed ad Marathonem reliquit divitias, hoc est, victoriam et libertatem. Sed tamen vulgatam amplector. Eupolis scripsit *τὴν Μαραθῶνι οὐσίαν* pro *τὴν Μαραθῶνι μάχην.* Aptissime comparaveris Cornel. Nepot. Epaminond. 10.: neque vero stirps mihi potest deesse. *Namque ex me natam relinquo pugnam Leuctricam, quae non modo mihi superstes sed etiam immortalis sit necesse est.* — Quemadmodum Cleoni minatur Aristophanes in Acharnens. v. 284. sic Amyniae Eupolis in *Πόλεσιν.* Scholiasta Aristophanis Vesp. 1263. — *καὶ Εὔπολις ἐμφαίνει τὴν πρεσβείαν ἐν ταῖς Πόλεσιν· Χὠ Ἀμυνίας ἐκεῖνος ἀμέλει κλαύσεται, ὅτι ἄγροικος ἵσταται πρὸς τῷ μορίῳ ὅτι θεῶν ἕνεκα ἔπλευσε κακὸς ὤν, εἴσεται.* Lege:

*Χἀμυνίας ἐκεῖνος ἀμέλει κλαύσεται*
*Ὅστις γ' ἄγροικος ἵσταται πρὸς τῷ μύρῳ.*
*Ὅτι θεῶν ἕνεκεν ἔπλευσε κακὸς ὤν, εἴσεται.*

V. 1. *Χὠ Ἀμυνίας* jam Dobreeus correxit ad Aristophanis Eccles. 289—310. V. 2. Vulgo *ὅτι*, quod saepe cum *ὅστις* commutatur. Sic Aristophanes Thes-

morhor. 766. ἕω, ἑῴ. Cod. D. ἕωθεν γ' ἐστὶ. Πρὸς τῷ μύρῳ optime Dobraeus l. l. In foro unguentario homines otiosi fabulantur, ut in tonstrina. Phrynichus apud Athenaeum XV. 685. B. ἐν τοῖς σταθμοῖς, οἱ δ' ἐν τῷ μύρῳ λαλεῖτε. Aristophanes Equit. 1372. τὰ φειράκια ποιεῖ λέγειν τὰν τῷ μύρῳ. ἃ στομυλεῖται τριφῷ καθήμενα. V. 3. θεῶν hic unius est syllabae, ut saepe in Tragicis. θεός, θεῶν, θεᾶσθαι. At vero synecphonesin vocalium ab Comicorum usu abhorrere dicit Dindorfius Praef. ad Poet. Scen. p. XXIII., Elmslejum (ad Medeam p. 253.) ac Dobreeum sequutus. Quasi vero non Atticorum maxime proprium fuerit contraheres vocales, aut quidquam magis Atticum sit veteribus Comicis. Repugnant Dindorfio loci longe plurimi, Vesp. 1067. 1069. ναυμαχία et ναυμαχῶν (ubi Dindorf. scribit ναυμαχίαν, ναυμαχεῖν, formas inauditas in tota Graecia) Pax. 906. θεασ' ὡς (Dindorf. infert formam doricam in poetam Atticum θάσαι) Av. 413. et Equit. 334. πρεσβευόντα. Ran. 76. Σοφοκλέα. Lysistr. 784. ἔα. Nub. 922. ἕα. Eupolis apud Phrynichum Bekkeri p. 45. ὡραΐζομένη. Restant alia bene multa, in quibus synizesis s. synecphonesis vocalium certissimo nititur fundamento. Νοσσόν κοττία merito rejicit Phrynichus in Eclog. p. 206. Attiatticista autem fallitur. Scilicet νεοσσὸν in Aeschylo erat bisyllabum, qua contractione utitur etiam Aristophanes Av. 559. τά τε νεόττια κἀμαυρὸν οἰκήσω. Nonnulla reperiri posse fateor. Veluti in hac ipsa fabula

sonili potest e Codice Voss. ἑρμοστρίν, quae fuit alia hujus vocabuli forma. Nihil mutaverunt de ista regula Hermannus atque Reisigius, qui in Aristophan. Equit. 22. θεῶν vestituerunt. Paucis defungit de alio fragmento apud Scholiastam Aristophanis Nub. 350. σοφιστὴς δὲ ὁ Σίμων ἦν, καὶ τῶν ἐν πολιτείᾳ διαπρεπόντων τότε, καὶ πάνυ τῶν δημοδῶν τι ἐνοσφῦτο ῥημάτων. μνημονεύει δὲ αὐτοῦ καὶ Εὔπολις ἐν Πόλεσιν[22]) ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς διαβάλλων αὐτὸν ἐγκλήμασιν οὕτως

Ἐξ Ἡρακλείας ἀργύριον ὑφείλετο.

Runkelius pag. 144. plane pro arbitrio τἀγγύριον. Recte legitur ἀργύριον. Nam Aristophanes Ran. 148. ἢ πέδιμα τῶν τἀργύριον ὑφείλετο huc nihil facit, quoniam ibi de certa pecunia flagitiorum pretio sermo est. — In hac quoque fabula irridebantur mali oratores. Scholiasta Aristophanis Av. 1297. Συνοφαντοδίωκτα κίττα]. οὗτος γὰρ τῶν περὶ τὸ βῆμα καὶ Εὔπολις ὡς λάλον ἐν Πόλεσιν[23]) διαφύρει.

Συκοφαντοδίωκτον, ἤτοι ἂν τύχῃ,
Τοῖς παιδίοις ποεῖν ἐπὶ τῶν τειχέων
Ἀναβὰς γὰρ ἐπὶ τὸ βῆμ' ὑλακτεῖ περιτρέχων[24]).

Est haec canina ista eloquentia. Cicero Brut. 15.: Latrant enim jam quidam oratores, non loquuntur. De Oratore III. 34.: At nunc non clamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat. Allato Scholiasta Luciani Timon. 30., qui, Ὑπερβόλον, inquit, μέμνηται καὶ Εὔπολις Πόλεσιν atque Scholiasta Platonis pag. 331. Bekker. Χαιρεφῶντα διὰ τὴν χροιὰν νύκτιον Εὔ-

πόλις Πόλεσιν κακῶς transeo ad Scholiastam Aristophanis Ran. 1001. οὐ Χίος, ἀλλὰ Κῖος] ὅτι δοκεῖ (Θηραμένης (προσγεγράφθαι τῇ πολιτείᾳ, Ἄγνωνος αὐτὸν ποιησαμένου[25]) ὡς Εὔπολις Πόλεσιν. Pro Ἄγνωνος scripsi Ἄγνωνος, suadente Thucydide VIII. 68. καὶ Θηραμένης ὁ τοῦ Ἄγνωνος — πρῶτος ἦν. Saepius a Thucydide commemoratur Hagnon, Niciae filius, ὁ τοῦ Νικίου, qui praeturam cum Pericle gessit, dux fuit Atheniensium, Potidaeam obsedit, Amphipolin condidit. Vide I. 17. II. 58. 95. IV. 102. Is utrum idem sit cum Hagnone superiore, non disputo, sed videtur esse.[26]) — Scholiasta Aristophanis Pac. 1031. ὁ Στιλβίδης, εὐδόκιμος καὶ περιβόητος μάντις, — μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ Εὔπολις Πόλεσιν·

Ὡς οὖν τίν' ἔλθω δῆτά σοι τῶν μάντεων;
Πότερος ἀμείνων ἀμφοτέρων, ἢ Στιλβίδης;

Hos versus loqui videtur servus ad herum suum: Stilbidem in scena adfuisse non puto. Nullo jure eos corruptos esse dicit Meinekius Q. Sc. I. p. 59., adductus forsitan a Florente Christiano, qui δῆτά τοι substitutum vult. Est sane aliquid mutandum, neque vero sententiae causa, quae optima est, sed Codicum. Editiones Aldina et Juntina habent ὡς αὖ, verum ὡς οὖν τίν' Codex Venetus. Quum utrumque dici potuerit, sane audiamus optimum auctorum, qui οὖν commendat. Tum et in Codd. et in Editionib. legitur: ἦ Στιλβίδης, quod est leviter interrogantis: etwa, an Stilbides. Hoc plane nescio cur displiceat. Florentis Christiani ἦ interrogat graviter: nonne Stilbides: nicht wahr? —. Hierocles quoque, vates nobilissimus, in

scenam prodit Scholiasta Aristophanis Pac. 1046. Ἱερόκλης] — οὗτος δὲ μάντις ἦν καὶ χρησμολόγος — καὶ Εὔπολις Πόλεσιν·

Ἱερόκλεες τε βέλτιστε χρησμωδῶν ἄναξ!

Omnino hic locus minime docet, Comicos pro Ἱερόκλεις vel Ἱερόκλες dixisse etiam Ἱερόκλεες. Apparet enim, parodiam esse versus illius Aeschylei Ἐτεόκλεες, φέριστε Καδμείων ἄναξ. At vero hoc non primus vidit, ut videri vult Runkelius pag. 145. sed ante eum monuerat Dindorfius ad Schol. Aristophanis Vol. III. pag. 498. et rursus, si recte memini, alius nescio quis jam ante Dindorfium monuerat. Adfuit igitur in scena Hierocles: nisi credere mavis, eum sedem occupasse in προεδρίᾳ, et similiter hic compellari atque sacerdotem in Aristophanis Ranis v. 297.:

ἱερεῦ, διαφύλαξον μ', ἵν' ὦ σοι ξυμπότης!

Sacerdotem sequatur homo penideditus. Scholiasta Aristophanis Vesp. 82. — ὁ Φιλόξενος ἐκωμωδεῖτο ὡς πόρνος. Εὔπολις Πόλεσιν·

Ἔστι δέ τις θήλεια Φιλόξενος ἐκ Διομείων.

quem hexametrum Hierocles videtur fudisse inter oracula. E Vesparum autem loco colligas, Philoxenum non modo pathicum fuisse, verum etiam φιλοθύτην, sacrificiorum amantissimum: id quod hic eximie convenit. — Stephanus Byzant. v. Μαρδόνες p. 536. A. Εὔπολις Πόλεσιν·

Καὶ Χαόνων καὶ Παιόνων καὶ Μαρδόνων.

Non solent Comici senarios ita in aequales partes distribuere. Sed utitur hic Eupolis lepida enumeratione, uti Aristophanes Acharn. 81.:

ἀπορῶ, γράφω, παρατίλλομαι, λοιδόρομαι.

Pac. 291.:

ὡς ἥδομαι καὶ χαίρομαι κεὐφραίνομαι.

Vide Fritzschium de Trimetro Graecor. comico p. 1. Finem faciat Scholiasta Hephaestionis pag. 85. ὥσπερ Εὔπολις ἐν ταῖς Πόλεσιν·

Ὦ δέσποτα καὶ τάδε νῦν ἄκουσον, ἂν λέγω σοι.[21])

Sic Gaisfordus ac Dobreeus; ἂν λέγω Turnebus et vulgo. Hermannus scripsit λέγομεν (sic Pauwius conjecerat) calami errore, quem correxit in Element. D. M. p. 593. et in Epit. p. 210. Versus est Asynarteetus et Archilochius quidem, de quo vide Hermannum l. l., cujus tamen sententiam certe non omni ex parte probare possum. Est quidem temeritatis magis, quam prudentiae, Hermanno obloqui in iis praesertim rebus, quae pertinent ad artem Graecorum metricam: sed tamen, quum de hoc versuum genere in multas partes disputari queat, haud aegre, uti spero, feret Vir Praestantissimus, me aliam quandam, ipsius sententia rejecta, sequi opinionem. Itaque Hermannus numeros Archilochi versus dactylicos fuisse cum anacrusi jambica et trochaicos:

⏑ ⏓ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ | ⏓ ⏑ — ⏑ — ⏑.

Id quidem verissime; testantur enim non modo ipsius Archilochi versus, veluti:

πόδων μὲν κατοπιθοῦν | ἦσαν οἱ δὲ πολλοὶ
ἐπιμαστίδιοι φαίνοντο | κεφαλὰν δ' ἀπόδυν
et φιλέειν στυγνόν περ': ἀστοὶ δὲ τοὶ ἐπιμάστιοι

sed etiam Tragicorum. Sic Euripides Med. v. 990.:

σὺ δ' ὦ τάλαν ὦ κακόνυμφε | κηδεμὼν τυράννων

ibid. 996.:

μεταστένομαι δὲ σὺν ἄλγος | ὦ τάλαινα παίδων.

Et Tragici quidem nunquam, ut videtur, ab hac caesura recesserunt. Quare in Euripidis versu apud Athenaeum IV. p. 158., ubi ambiguum videri potest, utra sit praeferenda, sic distinguam:

ἀρκεῖ μετρία βιοτά μοι | σώφρονος τραπέζης.

Sed quod addit Hermannus p. 594., eandem Comicos, quae Archilocho placuisset, divisionem probasse, ita dixit, ut in hoc quoque versu negligentius observarent caesuram, minus probaverim. Non magis enim, nihil credo, in versibus asynartetis caesuram neglexerunt Comici, quam in tetrametris jambicis et trochaicis quorum quidem versuum non simplex, ut vulgo opinantur, fuit caesura, sed tres formas complexa est, ut praeclare docuit Fritzschius de Trimetro Graecor. comico p. 9. seqq. *At quum displiceret Comicis ista Archilochi divisio, quippe quae numeros crearet tardiores et plane tragicos, ita a vulgari caesura recedendum arbitrabantur, ut alteram versus partem, quae proprie ithyphallica esset, in dimetrum jambicum eumque catalectum mutarent.* Forma igitur hujus metri vere comici haec erit habenda:

⏑ | – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ‖ – ⏑⏑ – ⏑ – | – ⏑ – ⏑⏑ –

Inventorem Cratinum crediderim, siquidem ante eum, quantum scimus, nemo hujusmodi versus scripsit. Atque idem Archilochi caesura numquam usus est, ut satis docent exempla haec:

XII. p. 553. E. ex Hermanni emendatione:

θάπαλὸν δὲ
σισύμβριον ἢ ῥόδον, ἢ | κρίνον παρ᾽ οὖς ἐθάκει
παρὰ χερσὶ δὲ μῆλον ἔχων | σκίπωνά τ᾽ ἠγόραζεν.

idem VIII. p. 344. F., quem locum idem Hermannus emendavit:

λάμπωνα, τὸν οὐ βροτῶν
ψῆφος δύναται φλεγυρὰ | δείπνου φίλων ἀπείργειν
νῦν δ᾽ αὖθις ἐρυγγάνει.
βρύκει γὰρ ἅπαν τὸ παρόν· | τρίγλη δὲ κἂν μάχοιτο.

At objiciat mihi fortasse aliquis hos versus, servatos ab Hephaestione p. 83.:

χαῖρ᾽ ὦ μέγ᾽ ἀχρειόγελως | ὅμιλε, ταῖς ἐπίβδαις,
τῆς ἡμετέρας σοφίας | κριτὴς ἄριστε πάντων,
εὐδαίμον᾽ ἔτικτέ σε μήτηρ, | ἰκρίων ψόφησις. 28)

Qui versus tantum abest, ut meae sententiae repugnet, ut eam confirmet. Ajo enim atque contendo, has reliquias esse adscribendas Cratini Ἀρχιλόχοις. In hac autem fabula Archilochus ejusque aemulatores perstringebantur. Sic jam Meinekius Q. Sc. I. p. 22. ex fabulae titulo conjecerat: at multo majorem vim habet locus Clementis Alexandrini Strom. I. p. 329. 18.: Κρατῖνος γοῦν ἐν τοῖς Ἀρχιλοχείοις (lege Ἀρχιλόχοις) ποιητὰς καταλέξας ἔφη·

*Οἷον σοφιστῶν σμῆνος ἀνεδιφήσατε!*

ubi manifesto *σοφιστῶν σμῆνος* illi sunt poetae, qui in scenam escendebant (nam *ἀναδιφήσατε* similiter explicandum est atque illud *ὡς πόλις ἀνήῤῥησ' κ. τ. ἑ.*). Sic, ut alia omittam, Pindarus Isthm. V. 36. *μυρίον χρόνον· μελέταν δὲ σοφιστάις* — ad quem locum Scholiasta *σοφιστὰς μὲν*, inquit, *καὶ σοφοὺς ἔλεγον τοὺς ποιητάς.*[29]). Quodsi in ista fabula irridebatur Archilochus, omnino dubitari non potest, quin illinc versus sumserit Hephaestio. Praeterquam enim quod omnia egregie conveniunt in liberiorem Archilochi sermonem: ipsa vox *ἀρχειόγελως* ad Archilochi nomen spectare videtur: denique vero Turnebus sic legit apud Hephaestionem: *οἱ δὲ μετ' αὐτὸν* (Archilochum dicit) *τῇ μὲν τομῇ ἀδιαφόρως ἐχρήσαντο ὥσπερ Κρατῖνος ἐν τοῖς τοιούτοις· Χαῖρ' ὦ μέγ' ἀχρ. κ. τ. ἑ.*, quod vitium haud dubie fluxit ex vera lectione *ἐν τοῖς Ἀρχιλόχοις*. Jam vero, ut opinor, Chorus poetarum ita salutavit Archilochum, ut acerbitatem ejus acerbius etiam vituperaret v. 1. et 2.: Versu autem tertio, quo admodum facete matrem Archilochi dicit *ἰκρίων ψόφησιν*, in re admodum ridicula ipsius Archilochi caesura plane tragica usus est ad risus spectatorum commovendos. Similiter sentio de hoc versu:

*Ἐρασμονίδη Βάθιππε | τῶν ἀφρολείων*

Qui itidem ex *Ἀρχιλόχοις* petitus est. Nimirum Cratinus, ut irrideret Archilochi versum:

*Ἐρασμονίδη Χαρίλαε | χρῆμά τοι γελοῖον*

non modo suum versum similiter exorsus est, verum

etiam, altero dactylo in spondeum dicam an trochaeum mutato, ita depravavit, ut teretes atque fastidiosas Atheniensium aures quam maxime deberet offendere propter numerorum languorem. Itaque et falsa est Hephaestionis criminatio, qui p. 88. Archilochi metrum a Cratino non intellectum esse dicit, et ratio certe non postulat, ut cum Hermanno illum versiculum ad propriam formam revoces:

⏑ — ⏑ — ⏑ — | ⏑ — ⏑ — ⏑ —

praesertim quum ejusmodi versus apud Graecos poetas nusquam reperiantur.

Cratinum sequuti sunt Phrynichus et Eubulus. Illius extat testimonium in Athenaeo XIII. p. 564:

λάμπει δ' ἐπὶ πορφυρέαις | παρῇσι φῶς ἔρωτος

hujus libro III. 105. F.

καρῖδα καθῆκα κάτω | κἀνέσπασ' αὖθις

Minus sunt religiosi in vitanda Archilochi caesura reliqui Comici. Nam ut omittam Diphilum apud Athenaeum XI. 499. C.:

λάγονον ἔχω κενὸν, ὦ γραῦ | θύλακον δὲ μεστόν

qui parum habet ut novae comoediae scriptor auctoritatis: Aristophanes nonnunquam morem gessit Archilocho, ut in Eccles. 576.:

μισοῦσι γὰρ ἦν τὰ παλαιὰ | πολλάκις θεῶνται

et in fine Vesparum inde a v. 1528.:

στρόβει, παράβαινε κύκλῳ | καὶ γάστρισον σεαυτὸν,
ῥίπτε σκέλος οὐράνιον | βέμβικες ἐγγενέσθων,

πολύπους γὰρ ἐπιστρεφόμενος ἔνοχος πάντῃ προσέρπει
ἡσθεὶς ἐπὶ τοῖσιν ἑαυτοῦ | παισὶ, τοῖς τριόρ-
χαις.
ἀλλ' ἐξάγετ', εἴ τι φιλεῖτ' | ὀρχούμενοι, θύραζε
ἡμᾶς ταχὺ τοῦτο γὰρ Φύδεις | πῶ πάρος δέ-
δρακεν
ὀρχούμενον ὅστις ἀπήλλαξεν χορὸν τρυγῳδῶν.

ubi bis caesura in syllabam proxime antecedentem transiluit variandi causa. In ultimo versu deest caesura. Id vero nos minime offendet, quum vel Tragici hanc sibi licentiam sumserint, veluti Euripides apud Athenaeum IV. p. 158. F.:

τὸ δ' ἄκαιρον ἄπαν πόδ' ὑπερβάλλον τε μὴ προσείμαν.

Sciens omisi Gaisfordum, qui pag. 341. Hephaestioni obsequutus miros asynartetos finxit:

⏑ — | ⏑ — | ⏑ — | ⏑ — | ⏑ — | ⏑ — | ⏑
⏑ ⏑ —

In his equidem non moror.

---

## *Notae* ad *Πόλεις*.

1) *Πόλεις* enim hic non sunt urbes, sed civitates. Vide Fritzschii Babyl. p. 7. not.

2) In Vespis, ut vulgo putant, acerbe traducitur *Amynias* eodem anno, quo erat Archon: idque non minus Scholiastas offendit, quam recentiores Aristophanis interpretes. Vide Hermannum ad Schol. Nubium v. 31. Et tamen res simplicissima est, ut mihi videtur. Alius fuit Athenis Amynias, alius Aminias. Ille fuit juvenis κομήτης et luxuriosus, idemque et Eupolidi et Aristophani poenas dedit mollitiae; Aminias autem archon Olymp. LXXXIX. 2., jam vir et aetate multo major. Itaque in Diodoro XII. 72., ubi deteriores tantummodo Codices habent Ἀμονίου, cum Dindorfio scriben-

dum est Ἀμειψίου, neque minus in didascalis Vesperum. Sic Athenaeus V. 218. sine ulla librorum dissensione: Ἔσπερος γάρ, εἶτ' Ἀμειψίας, μεθ' ὃν Ἀλκαῖος —. Adde Diogenem Laertium III. 8. Schol. Luciani Timon. 30. p. 144.

8) „Dum intrat Chorus, singillatim recensentur ut Πόλεις, ex quibus constat." Dobreeus ad Aristoph. Plut. 718. Illud cur diceret *dum intrat Chorus*, nulla prorsus causa erat. Ceterum Eupolidem imitatus est Heniochus, mediae poeta comoediae, ut apparet e longissimo fragmento apud Stobaeum Serm. XL. III. 27. (II. pag. 104. Gaisf.). Cf. Meinekius Q. Sc. III. p. 57.

4) „Serpentes" vertit Dobreeus l. l. Male, quamvis Scholiasta dicat: θηριώδης δοκεῖ εἶναι. Recensentur civitates ita, ut, quibus quaeque rebus maxime prosit Atheniensibus, indicetur. Sic Chius mox laudatur propter naves et auxilia, Zyzicus propter stateras. Itaque hic quoque malim intelligere piscem quendam marinum (Cottus scorpio L.) quem in deliciis haberent Athenienses.

5) Versum facile expleas verbis φράσον μοι.

6) „Porsonus in indice ad Photium p. 763. primus hunc locum ad Eupolin retulit, cujus nomen excidisse suspicor. Confert ille Demosth. Lept. p. 491. 27. Themist. p. 28. C. 298. C. ubi Dobreeus Liban. parent. in Julian. I. p. 611. addit." Runkel. p. 148.

7) Huc pertinet Κύζικος, nobilissima totius Hellesponti civitas. Vide interpretes ad Stephan. Byz. s. Κύζικος, πόλις τῆς Προποντίδος, κειμένη ἐπὶ Χερρονήσῳ —.

8) Sic etiam Eupolis.

9) Cf. Stephan. Byzant. v. Τῆνος] νῆσος Κυκλάς, ἀπὸ οἰκοστοῦ Τήνου.

10) Stephan. Byz. v. Ἀμοργός] νῆσος μία τῶν Κυκλάδων —.

11) Brunckius male ἡμῶν, quod senarium finire nequit.

12) „Idem versus sine poetae nomine affertur a Dione Chrysostome Orat. 32. p. 655. ubi vulgo Ἀθηναῖος, τὸ πρ., sed τὸ in editione Veneta deest. Cf. Porson. ad Aristophan. Eq. 42." Runkelius p. 146. Facete Pareus in dedicatione Plauti sui affert: τί δ' ἐστιν Ἀθηναῖος; τὸ πρᾶγμα ἀνεόρμητον. — Quid est Atheniensis? Res injurata.

13) Ista Rhodia, muliercula satis famosa, a comicis saepenumero exagitata est, veluti ab Eupolide in *Φίλοις* (cf. Schol. Platon. p. 332. et profecto etiam in *Αὐτολύκῳ α'* et *β'*. Addam Scholiast. Vesparum 1164. *οἱ δὲ διασαλακώνισον· ἀπὸ Σαλάκωνος μαλακοῦ τοῦ Αὐτολύκου πατρός.* Is igitur Autolyci patrem non Lycoenem facit, sed Salaconem. Verum expende modo scripturam *διαλυκώνισον* in Vespis pro *διασαλακώνισον*: tum intelliges, *Σαλάκων* cognomen fuisse Lyconis, quod haud dubie propter mollitiem et motum corporis parum virilem (cevebat autem, opinor,) homini adhaesit.

14) Nam quod Aristophanes dixerit in Ran. 1513. *Ἀδειμάντου τοῦ λευκολόφου* huc non facit, quum id jam Brunckius monuerit e nomine proprio per derisionem esse fictum. *Λευκολοφίδου* legendum esse in Scholiasta pariter atque in Xenoph. Hell. I. p. 268. censet etiam Hemsterh. ad Luciani Timon. 44. quicum conferri potest Heindorf. ad Platon. Protag. pag. 468.

15) *Πορθάων* est ionica forma pro *πορθήτωρ*, quod adjectivi vim habet in Aeschyli Agamemnone 907., substantivi autem in Choephoris 974. Praeterea in Agamemnone reperies etiam *πολιπόρθης* et *πολίπορθος*. Haec omnia originem ducunt a verbo *πορθέω*; nam in *πορθάων* syllaba *πορθ* — radix est, — *αων* autem terminatio.

16) Sic Bekkerus edidit haud dubie e codice Veneto; idque verum esse docet collocatio particulae *καὶ*: *Eupolis quoque ut Aristophanes.* Aldina et Juntina II. *καὶ ἐν Πόλεσιν Εὔπολις.*

17) Codex *πᾶσι* vel *πᾶσιν*. *ἅπασι* Porson. Misc. p. 242. Male.

18) Ineptit Suidas. Grammatici multa, ut falso putant, *proverbia* e singulis locis confinxerunt.

19) Haec enim vox facile potuit librariorum negligentia omitti propter *ἐξ θρόνους*.

20) Ueber Hrn. Professor Boeckhs Behandlung der Griechischen Inschriften p. 220. seqq.

21) Staatshaushaltung I. p. 204. seqq. et rursus in Museo Rhen. I. p. 58—79.

22) *ἐν Πόλεσιν* deest in Ald. et Junt.

23) Vulgatam *Πύλαις* emendavit Kusterus, quem audire debebat Lucas Cratin. et Eupol. p. 108 infra.

24) „Vulgo *κυνιδίοις τοῖς*, correxit Porsonus Tracts p. 35. et apud Dobreeum ad h. l., qui cum Bentlejo *τὸ* in v. 3. inseruit." Runkelius p. 145.

25) Cf. Suevernius Ueber Aristophanes Wolken p. 27.

26) De Theramenis patria, de qua diversae exstant apud veteres sententiae, consule Kortuem: Zur Geschichte Hellenischer Staatsverfassungen p. 181. not.

27) Hoc quoque fragm. Runkelii diligentiam praeteriit.

28) Hermannus l. l. p. 594. scripsit *ὦ μέγα χρειωγέλως*, adductus fortasse versu 2. *κριτὴς ἄριστε*. Sed *ἄριστε* ironice dictum est, ut apparet e versu 3. *Ὅμιλε* vim habet vocabuli *ὁμιλετής*, unde jam intelligi potest, qui sit fons vulgatae lectionis *ὁμιλετὴς ἐπίβδαις*. Denique verba *ταῖς ἐπίβδαις* satis produnt, hanc fabulam versari *in reputiis*.

29) Ut omnis dubitatio tollatur, evolve modo Diogenem Laertium p. 8. ed. Huebner: *οἱ δὲ σοφοὶ καὶ σοφιστὰ ἐκαλοῦντο· καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ ποιηταὶ σοφισταί, καθὰ καὶ Κρατῖνος ἐν Ἀρχιλόχοις* (alii *Ἀρχιλόχῳ*) *τοὺς παρὰ Ὅμηρον καὶ Ἡσίοδον ἐπαινῶν οὕτως καλεῖ.* Homerum vero et Hesiodum non solum commemoratos esse sed etiam in scenam prodiisse ut credamus, vehementer monent duo loci, alter Suidae v. *Διὸς ψῆφος*·

*Ἔνθα Διὸς μεγάλου θᾶκοι πέσσοι τε καλοῦνται*

alter Athenaei IV. p. 164. F.:

*Εἶδες τὴν Θασίαν ἅλμην, οἵ' ἄττα βαΰζει·*
*Ὡς εὖ καὶ ταχέως ἀπετίσατο καὶ παραχρῆμα·*
*Οὐ μέν τοι παρὰ κωφὸν ὁ τυφλὸς ἔοικε λαλῆσαι;*

qui versus si minus propter sententiam, tamen propter metrum aut ab Hesiodo aut ab Homero videntur esse pronuntiati. Eandem ob causam versum apud Stephan. Byzant. v. *Διοδώνη Δωδωναίῳ κονὶ βωλοκόπῳ τίθη Γεραναὶ προσέοικεν.* ad Comicum quendam detulerim: unde rursus conjici possit, quemlibet poetam suo maxime metro usum fuisse.